Arma
©2008 Ministerio de Cultura

Observatorio de Marina
BIBLIOTECA
Núm. 6949

Carpeta
Estante Tabla
Tomo

2008 Ministerio de Cultura

2008 Ministerio de Cultura

2008 Ministerio de Cultura

2008 Ministerio de Cultura

2008 Ministerio de Cultura

LAZARI BAYFII annotationes in L. II.

DE CAPTIVIS, ET POSTLIMINIO REVERSIS. IN QVIBVS TRACTATVR DE RE NAVALI.

EIVSDEM ANNOTATIONES IN tractatum De auro & argēto leg. quibus, Vestimentorū, & Vasculorum genera explicantur.

ANTONII THYLESII DE COLORIBUS libellus, à coloribus vestium non alienus.

OBSERVATORIO DE MARINA
DE
SAN FERNANDO.

PARISIIS.
EX OFFICINA ROB. STEPHANI.
M.D.XXXVI.

Cū priuilegio senatus.

2008 Ministerio de Cultura

2008 Ministerio de Cultura

FRANCISCO Valeſio regi feliciſs.

LAZARVS BAYFIVS VICTORIAM.

MARCO Varroni aſſeuerãti diſciplinas omnes, Rex regum Chriſtianiſſime, in Græcia intra mille annorũ tempora & inuẽtas & perfectas, facile credat is, qui ad huiuſce noſtri ſeculi felicitatem, qua mirabiliter ſub te principe fruimur, animum conuertere non grauabitur. Te enim & authore & adiutore, his paucis quibus Galliarum clauum tenes annis plus promouiſſe literarũ linguarúmque ſtudia videbit, quàm quantum ſub aliis omnibus ab aduẽtu Francorum in Gallias noſtris principibus. Sunt de Regibus noſtris, qui Iudæorum gentẽ ſuperſtitioni deditã è Gallia exterminauerint: tua maieſtas, excluſa Iudæorum ſuperſtitione, Iudæorum linguã Lutetiæ Pariſiorum ſic vigere voluit, vt habeat non paucos, qui literarum Hebraicarũ cognitione cum ipſis Iudæorum Rabinis poſſint

008 Ministerio de Cultura

decertare. Græcos autē eos in tua Gallia aluisti, qui valeāt reuocata Massiliēsium memoria cum ipsis αὐτόχθοσι non solum de disciplinarum elegātia, sed etiā de ipso atticismo ὑπεραττίκως contendere. Iam verò eam militaris disciplinæ curam suscepisti, vt nemo vel Christianorum vel Barbarorum principum paratiores habeat equestres exercitus, qui cū maiorum artibus, tum vero tuis institutis edocti, mira alacritate sunt ad dimicādum. Quid dicam de robore militum legionariorum? quos tu nuper ad Romanorum exēplum in tota Gallia describēdos deligēdósque summo studio non modo curasti, sed quorum etiā delectum oculis tuis lustrasti: vt Gallia tua non solum equitatu, quo semper floruit, sed etiā peditatu iam suos fines sine vllo externo milite tueri possit. Nec rei naualis cura omissa. Testis est præclara illa Franciscis ad Gratiarum portum tuo iussu (contracta ad effectum eius operis multitudine fabrorum naualium) ædificata. Quæ nō modo τριάρμενος, vt Antigonis illa ab antiquis celebrata: sed ἑπτάρμενος iure dici debeat, & ἀνώλεθρος. quippe quæ in medio Oceano arcis instar inter reliquas naues esse possit: nihílq; præter ignē, Syrtes, & breuia timeat, omnibus ipsa ex æquo formidolosissima aduersariis. Testes sunt & phaseli illi (vulgus galeonas vocat) quos noua ratione in ora maritima Britāniæ minoris (quæ Venetia à Cæsare dicitur) ædificādos curasti: qui non

2008 Ministerio de Cultura

ſolum in concluſo mari nauigare poſſint, ſed in vaſtiſſimo atque apertiſſimo Oceano tẽpeſtatibus imperẽt, vſqueadeo apti ſunt (vt Catulli dictũ vſurpẽ) ſiue palmulis opus ſit volare, ſiue linteo. Iam vero triremes Maſſiliæ plures vnꝰ tu maiorũ tuorum naualibus adiecisti, quàm eorum (pace beatiſſimorum dixerim) quiſquam vnquam optauerit. Principes enim mediterranei neſcio quo pacto rem nauticam (quod ad mare internum attinet) neglexerant, ad Oceanúmque Britãniæ animum ſolum intenderant. Quocirca nos qui nullo noſtro merito, ſed aliquo literarum nomine commendati, à tua verè regia liberalitate & ſacerdotio aucti, & magiſtratu ornati ſumus, ne ingrati iure habeamur, quæ Venetiis cum eſſem, à loci celebritate admonitus, è Græcorum Latinorúmque monimentis nauigia collegi, tuæ maieſtati mihi omnibúſque ſacroſanctæ dicare cõſtitui Rex regum potẽtiſſime. Putaui etiam non ſolum negotii, ſed etiam otii, quo illic plurimo mihi per tuam indulgentiam frui licuit, reddendam tibi rationem. Et ſane quod mihi à negotiis publicis ſuperfuit temporis, id omne in euoluẽdis vtriuſque linguæ authoribus cõſumpſi. Quod ipſum ita eſſe facile iudicet, qui hæc noſtra legere non grauabitur. Illud vnum, quod illis legendis non ſine admiratione animaduerti, in præſentia tuæ dignitati conſyderandum proponam: miram fuiſſe antiquorum in

2008 Ministerio de Cultura

nauibus ædificandis, instruendis, armandis celeritatem. Primo Punico bello classem Duellii imperatoris ab arbore excisa, L V die nauigasse: ducentas & viginti naues effectas diebus X L V cõtra Hieronem Regem. Secundo Punico bello Scipionis naues, eo instante operi, die X L V quàm ex syluis detracta materia fuerat, instructas armatásque in aquã deductas. Quid si ex Polybio addidero Romanos contra Carthaginenses septingentas quinqueremes amisisse: Carthaginenses eodem bello ad quingentas? Quis id credat? Nec mirum si hæc fidem non habebunt apud homines nostros, qui & Venetorum quinqueremem vnam admirãtur, & tuam totidem ordinum, quæ illam symmetria superabit, gratulabundi expectant. Verum de tuæ maiestatis fide, qui omnem antiquitatem memoria tenes, non magis laboro, quàm de impetranda à clementissimo principe venia sum sollicitus, si nos in tot reficiendis instaurandísque nauibus alicubi lapsi fuerimus: qui etiam tuæ maiestatis potius, quàm dioscurorum turbulentissima fortunæ tempestate in alto iactati, fidem & auxilium implorare debeamus. Vincat tua maiestas ac valeat. Lutetiæ Parisiorum. V I I I Cal. Septemb. M. D. X X X V I.

2008 Ministerio de Cultura

Quas inſpicies inter legendum in his opuſculis paſſim depictas, nauium, veſtium ac vaſculorũ figuras, Lector, eas ſcito cum ex antiquiſs. monimentis, tum maxime ex vetuſtioribus illis marmoribus, quæ etiam hodie Romæ conſpiciuntur, deſumptas fuiſſe. Quæ quòd & erant antiquiſſimæ, & morem veterũ promptius atque apertius (iis præſertim qui ſunt antiquitatis ſtudioſi) reuocare videbantur, ſuis locis, vt vides, inſertæ ſunt. Nolim autem te tantam iis fidem adhibere, vt ad vnguem effictas fuiſſe credas etiam in ipſis marmoribus. Id enim non ignoramus, marmora quãtumuis antiqua, nonnihil interdum habere, quod artificis libidini potius quàm veritati reſpondeat. Vnde plurimum deceptos credimus eos qui certitudinis aliquid in marmorum antiquorum ſtatuis hactenus poſuerunt: Cuiuſmodi quiddam in triremi videre poteris, quæ certe Bayfii iudicio, triremibus antiquorum non reſpondet. Quî enim fieri poſſet, vt ea ratione τετταρακοντήρης, quæ quadraginta ordinum nauis dici poteſt, in mari nauigare poſſet? Tibi itaque tantum hoc referre poſſumus Lector, eam propemodum quam vides nauium atq; aliarum rerum formam ex antiquiſſimis marmoribus ad expreſſam effigiẽ tranſlatam: iudicium autem, quandò incertiſſimum viſum eſt, doctis relictum fuiſſe, nobis in hoc negotio haud parum ſatiſfeciſſe demum exiſtimati, ſi tibi tuiſque ſtudiis noſtram hãc mediocrem diligentiam placuiſſe & iuuiſſe cognouerimus.

2008 Ministerio de Cultura

2008 Ministerio de Cultura

Ex tractatu de capti VIS, ET DE POSTLIMINIO, & De redemptis ab hostibus libro quadragesimonono Pandectarum.

L. I I. Marcellus,

NAVIBVS LONGIS ATQVE ONERARIIS PROPTER BELLI VSVM POSTLIMINIVM EST: NON PISCATORIIS, AVT SI QVAS ACTVARIAS VOLVPTATIS CAVSA PARAVERVNT.

ANTEQVAM ad huius legis interpretationem aggredior, Lectorem præmonitum volo, vt existimet me in studiosorum gratiam id oneris suscepisse. Qui (si modo assecutus sum quod volebã) hisce meis vigiliis nõ mediocriter iuuari poterũt, modo ne grauentur ista nostra in manus sumere, & tanta animi vel æquitate vel alacritate percurrere, quanta nos ea diligentia, quantóque tum stu

2008 Ministerio de Cultura

dio, tum ſudore conſcripſimus. Euoluendi nobis fuerũt omnes qui extant vtriuſque linguæ authores, vt inde ſumeremus ea quæ ad naualis noſtri, & armamentarii ornamentum facere viderentur, in quibus ſane colligendis, & vndique conquirendis, non parum moleſtiæ nobis fuit: in habẽdo autem delectu iudicium adhibui, quale quãtúmque potui, conferendis collidendíſque inter ſe Græcorum & Latinorum locis, vt (ſiqua fieri poſſet) aliquam ex his ſcintillam veri excuterẽ. Quod quidem, vt videre eſt in toto opere, conati ſumus: & tamen fatemur in tanto rerum antiquarum naufragio multa neceſſariò nos latuiſſe: quæ neque colligere, neq; animaduertere, nedum reficere potuimus: vſqueadeo iacent illa vndis obruta, & in profundo demerſa, & ἐν βάθει Põti ſepulta. Quæ ſiquis in lucem reuocare poterit, ei me plurimũ debere præ me feram: eúmque rei & naualis & nauticæ peritiſſimum cõfitebor. Tibi in præſenti quæ potuimus è naufragii reliquiis colligere, lector afferimus. Quæ, ſi tibi probantur, ſumus aliquid: ſin minus. ſed nolo in initio operis malè ominari. Ipſi certe in hoc otio nihil potius habuim⁹, quo ad traducendum hoc tempus vteremur. In hoc tractatu nõ ineptum fuerit eum ordinem ſequi, qui nobis præſcriptus eſt à Marcello iureconſulto. Quare de longis nauibus primò dicemus: mox de onerariis: deinde de piſcatoriis: poſtremo de

2008 Ministerio de Cultura

actuariis: quibus auctarii nomine ipse adiiciam reliqua, quæ non aliena ab instituto opere & suscepto videbuntur.

DE NAVIBVS LONGIS.

PHilosthephanus apud Pliniũ in septimo nat. historiæ author est Iasonem primũ nauigasse longa naue: nec id alienum videtur ab eo quod scriptum est à Diodoro Siculo quinto βιβλιοθήκης, καὶ πρῶτον μὲν περὶ τὸ πήλιον ναυπηγήσασθαι τὸ σκάφος πολὺ μεγέθει καὶ τῇ λοιπῇ κατασκευῇ τὴν τότε συνήθειαν ὑπερβάλλον, διὰ τὸ σχεδίαις πλεῖν τοὺς τότε ἀνθρώπους καὶ μικροῖς παντελῶς ἀκατίοις. Id est, Et primum quidem ædificatam circa Pelium nauem, & magnitudine & reliquo apparatu consuetum eo tempore modum excedentem, quòd illius ætatis homines ratibus ferè & paruis acatiis vehi mos esset. Et paulo post subdit, τὴν δὲ ναῦν ἀργὼ προσαγορευθῆναι κατὰ μὲν τινας τῶν μυθογράφων ἀπὸ τοῦ τὸ σκάφος ἀρχιτεκτονήσαντος ἄργου καὶ συμπλεύσαντος ἕνεκα τοῦ θεραπεύειν ἀεὶ τὰ πονοῦντα μέρη τῆς νεώς. ὡς δ' ἔνιοι λέγουσιν ἀπὸ τῆς περὶ τὸ τάχος ὑπερβολῆς ὡς ἂν τῶν ἀρχαίων ἀργὸν τὸν ταχὺν προσαγορευόντων. Id est, Vocatam autem Argô nauem, vt nonnulli fabularum scriptores asserũt, ab Argi cuiusdam nomine, qui quidem eam extruxerat, simulq; nauigarat, quò siquæ nauis partes laborarẽt, eas ipse reficeret ac curaret. Sunt & alii qui existimẽt, id naui nominis ob ex-

2008 Ministerio de Cultura

imiam illius celeritatē inditum, ἀργὸν quippe (aiūt) celerē veteres appellauiſſe. Tullius in primo Tuſculanarum eam dicit nominatam Argô, quia Argiui in ea delecti viri vecti petebant pellem inauratam arietis. Illius autem nauigationis mentio eſt apud Herodotū in κλειῷ, his verbis, μετὰ δὲ ταῦτα ἕλληνας αἰτίους τῆς δευτέρης ἀδικίης γενέσθαι, καταπλώσαντας γὰρ μακρῇ νηὶ ἐς αἶάν τε τὴν κολχίδα καὶ ἐπὶ φᾶσιν ποταμὸν ἐνθεῦτεν διαπρηξαμένους καὶ τἆλλα τῶν εἵνεκεν ἀπίκοντο ἁρπάσαι τοῦ βασιλῆος θυγατέρα μηδείην. Id eſt, Poſt hæc autem Græcos alterius iniuriæ authores fuiſſe. Nauigātes ſiquidem ad Colchorum regionem & fluuium, quem Phaſim vocant, cum obtinuiſſent ea, quorum gratia in loca illa venerant, regis præterea filiam nomine Medeam rapuiſſe. Et vocabatur Argô à fabro nauali qui eam ædificauit, ſi Apollonio credimus in primo Ἀργοναυτικῶν,

Νῆα δ᾽ ἐπικρατέως ἄργου ὑποθημοσύνῃσιν
ἔζωσαν πάμπρωτον ἐϋστρεφεῖ ἔνδοθεν ὅπλῳ. Sic ex tempore vertimus iuniorum gratia, vt poſſit intelligi,

In primis nauem diuiuis artibus Argi
Extructam, intus compingunt habili armamēto:

Etiamſi Pherecides dicat, eam nomen ſumpſiſſe ab Argo, filio Phryxi, ταύτην δὲ φασὶν πρώτην ναῦν γενέσθαι μακρὰν· ἄλλοι δὲ λέγουσι δαναὸν διωκόμενον ἀπὸ αἰγύπτου πρῶτον κατασκευάσαι, ὅθεν καὶ δαναὶς ἐκλήθη. Id eſt, Hanc autem aiunt primam fuiſſe lōgam nauem: alii Danaum dicūt ab AEgypto pulſum primum

2008 Ministerio de Cultura

eius generis nauem paraſſe, vnde & Danais vocata fuit. Hæc ideo adiecimus ex Commentariis in Apollonium, vt ſcias nullam de Danao factam mentionem apud Plinium, cum ex multis authoribus diuerſos referat longæ nauis inuẽtores, cum ait, AEgeſias Paralum, Cteſias Samyram, Saphanus Semiramin, Archimachus AEgeonem. Nauium longarũ multa mentio apud Tullium, Cæſarem, & reliquos receptos authores, quibus legendis facile agnoſcitur diſcrimen inter longas & onerarias. Tullii epiſtolarũ familiariũ libro duodecimo, Lentulus S. P. Q. R. Quam ſuſpicionẽ conſecutæ res aliquot ſunt, maxime quòd ſubito ex Lycia Sex. Marius & C. Titius legati Dolabellæ à claſſe diſceſſerũt, nauíque longa profugerũt, onerariis relictis. in quibus colligendis, non minimum temporis, laboríſque conſumpſerant. Cæſar in quarto Commentariorum, Quibus adductis eos in fidem recepit, nauibus circiter LXXX. onerariis coactis contractíſque: quot ſatis eſſe ad duas legiones tranſportandas exiſtimabat. quicquid præterea nauium longarũ habebat, quæſtori, legatis, præfectíſque diſtribuit. Idem in tertio, Quibus de rebus Cæſar à Craſſo certior factus, quòd ille aberat longius, naues interim longas ædificari in flumine Ligeri quod influit in oceanũ, remiges ex prouincia inſtitui, nautas, gubernatoréſque comparari iubet. Idem in quarto, Ad hæc

2008 Ministerio de Cultura

cognoſcenda prius quàm periculum faceret, idoneum eſſe arbitratus, C. Voluſenũ cum naui longa præmittit. Idem in eodem, Quod vbi Cæſar animaduertit, naues lõgas quarum & ſpecies Barbaris erat inuſitatior, & mot⁹ ad vſum expeditior, paululũ remoueri ab onerariis nauibus & remis incitari, & ad latus apertum hoſtium conſtitui: atque inde fundis, tormentis, ſagittis hoſtes propelli, ac ſubmoueri iuſſit. quæ res magno vſui noſtris fuit. Nam & nauium figura, & remorum motu, & inuſitato genere tormentorum permoti barbari conſtiterunt, ac paulum modo pedem retulerunt. Liuius in ſeptimo tertiæ decadis, Inde Tarentum profectus in ipſis faucibus portus poſuit caſtra: naues, quas Liuius iuuandis commeatibus habuerat, partim machinationibus onerat, apparatúque mœnium oppugnandorum, partim tormentis & ſaxis, omníque miſſilium telorũ genere inſtruit, onerarias quoque non eas ſolum quæ remis agerentur. Quorum verbis planum fit longas incitari remis, onerarias vero nequaquam. Græci naues longas μακρὰ πλοῖα vocant. Polybius in ſexto, τῶν δὲ βοηθησάντων ἐκυρίευσε δύο μακρῶν πλοίων αὐτάνδρων. Id eſt, Cum autem hi auxilium tuliſſent, duabus ipſe longis nauibus cum ipſis hominibus potitus eſt. Appian⁹ de bello ciuili, ὁ δὲ καὶ τάδε προσλαβὼν ἀνήγετο χειμῶνος εὐθὺ ὁλκάδων· αἱ γὰρ ἦσαν αὐτῷ νῆες ὀλίγαι μακραὶ θέρους καὶ Σικελίαν ἐφρούρουν. Id eſt, Hic autem cum

2008 Ministerio de Cultura

& hæc in ſuam poteſtatē recepiſſet, per hyemem onerariis inde receſſit: paucæ enim, quas habebat, longæ naues Sardiniæ & Siciliæ præſidio erant. Herodotus in loco ſuprà citato vtitur μακρῇ νηΐ, id eſt longa naue, ad differētiam στρογγύλων, quibus vtitur idem Herodotus in eadem, in hæc verba, οἱ δὲ Φωκαιέες οὗτοι ναυτιλίῃσι μακρῇσι πρῶτοι ἑλλήνων ἐχρήσαντο. καὶ τόν τε ἀδρίην καὶ τὴν τυρσηνίην καὶ τὴν ἰβηρίαν καὶ τὸν ταρτησσὸν οὗτοι εἰσὶν οἱ καταδέξαντες: ἐναυτίλλοντο δὲ οὐ στρογγύλῃσι νηυσὶν ἀλλὰ πεντηκοντόρῃσι. Id eſt, Græcorum primi Phocenſes longis nauigationibus vſi ſunt, Adriaticum Tyrrhenúmque mare, Hiberiam atque Tarteſſum occuparunt: nauigabant autem non onerariis nauibus, ſed actuariis quæ quinquaginta remis agerentur. Thucid. in primo, φαίνεται δὲ καὶ ταῦτα πολλαῖς γενεαῖς ὕστερα γενόμενα τῶν τρωικῶν, τριήρεσι μὲν ὀλίγαις χρώμενα, πεντηκοντόροις δὲ ἔτι, καὶ πλοίοις μακροῖς ἐξηρτυμένα ὥσπερ ἐκεῖνα. Id eſt, Videntur autem hæc multis poſt Troianorū res ſeculis facta fuiſſe. Et paucis quidem vtebantur triremibus, actuariis autem quæ quinquaginta remis agerētur, & longis præterea nauibus inſtructi erant, non ſecus ac illi.

008 Ministerio de Cultura

εἰκόσορος, quæ viginti remis agebatur, apud antiquos talisfuit.

Minores plerunque viginti triginta aut quinquaginta remis agebantur, & à Græcis dicebantur εἰκόσορος, τριακόντορος & πεντηκόντορος, cuiuſmodi ſunt eæ quas Veneti barcas lõgas vocant. Diodorus in ſecũdo De ſucceſſoribus Alexãdri, ἀγαθοκλῆς δὲ δύο τριακοντόρους μετὰ τὴν μάχην νεναυπηγημένος τὴν ἑτέραν ἀπέστειλεν εἰς συρακούσας ἐρέτας ἐμβιβάσας τοὺς κρατίστους. Id eſt, Agathocles autẽ poſt prælii finem duas naues, quæ triginta agerentur remis, ædificandas curauit:

2008 Ministerio de Cultura

quarum alteram Syracuſas miſit, valentiſſimis ei impoſitis remigibus. Herodotus ἐν μελπομένῃ, τρισὶ τριακοντόροισι ἐς τοὺς Μεμβλιάρεω ἀπογόνους ἔπλωσε. Id eſt, Tribus x x x. remorum actuariis, ad Membleari liberos & ſucceſſores delatus eſt. Plutarchus in Theſeo, τὸ δὲ πλοῖον ἐν ᾧ μετὰ τῶν ἠϊθέων ἔπλευσε καὶ πάλιν ἐσώθη τὴν τριακόντορον ἄχρι τῶν Δημητρίου τοῦ Φαληρέως χρόνων διεφύλαττον Ἀθηναῖοι, τὰ μὲν παλαιὰ τῶν ξύλων ὑφαιροῦντες. ἄλλα δ᾽ ἐμβάλλοντες ἰσχυρὰ καὶ συμπηγνῦντες οὕτως, ὥστε καὶ τοῖς φιλοσόφοις εἰς τὸν αὐξομένων λόγον ἀμφιδοξούμενον παράδειγμα τὸ πλοῖον εἶναι: τῶν μὲν ὡς τὸ αὐτὸ, τῶν δὲ ὡς οὐ τὸ αὐτὸ διαμένοι λεγόντων. Id eſt, Nauem autem illam in qua cum iuuenibus nauigarat, & iterum inde redierat, quæ quidem triginta remis agebatur, ad Demetrii vſque Phalerei tempora conſeruarunt Athenienſes, veteres quidem amouentes tabulas. In earum autem locũ ſufficientes alias validas, atque ita cõpingentes, vt in eorum quæ augentur, Philoſophorum diſputatione illa dubia, exemplum huius nauis propoſitũ fuerit. Aſſerebãt enim alii eandẽ, alii contendebant contrà non eandem permanere nauẽ. Quæ verba Plutarchi ideo protuli, vt ſciri poſſet noſtros iureconſultos ſecutos fuiſſe ſententiam eorum, qui cenſuerũt eandẽ rem permanere, quorum decretũ poſitum eſt ab Alfeno in tractatu De iudiciis. l. Proponebatur, his verbis, Itémque ſi nauis adeo ſæpe refecta eſſet, vt nulla tabula eadem permaneret, quæ nõ noua fuiſſet, nihilominus eã-

08 Ministerio de Cultura

dem nauem existimari. Paulus etiam in.l. Inter stipulantem·§·Sacram.ff. De verborũ oblig. illius nauis meminit. πεντηκοντόρου meminerunt Herodotus & Thucidides in locis suprà citatis, & idem Herodotus in Melpomene, οὕτω δὴ στέλλουσι δύο πεντηκοντόρους ἐς τὴν πλατεῖαν. Id est, Sic quidẽ duas quinquaginta remorum actuarias in platæam miserunt. Diodorus in secundo de successor. Alex. περὶ δὲ τῶν ἐν σικελίᾳ πραγμάτων ἀγωνιῶν ἄφρακτα καὶ πεντηκοντόρους ναυπηγησάμενος ἐνεβίβασε στρατιώτας δισχιλίους. Id est, Cum autem ille de rebus Siculis anxius esset, aphractis, & quinquaginta remorum actuariis ædificatis, duo milia militum in illas imposuit. Polybius in primo, παρεσκεύαζον δὲ καὶ τὰ περὶλοιπα τῶν πλοίων τριήρεις καὶ πεντηκοντόρους καὶ τὰ μέγιστα τῶν ακατίων. Id est, Parabãt autem quæ reliqua erãt nauigia, triremos, quinquaginta remorum actuarias & maxima acatia. Et id genus nauigiorum cõmuni vocabulo μονήρη dicitur ab authore nescio quo, fortasse Polybio prolato à Suida in vocabulo δίκροτα. Quæ ita habent πλοῖα μονήρη δὲ, ἐστὶν ἃ καὶ δίκροτα κατεσκευάζοντο. quo loco μονήρη dicit ea quæ pluribus quidẽ remis agerentur, sed vnico tantum per trãstra & sedilia remo, & nõ binis aut ternis, aut etiã pluribus incitarentur. quæ fortasse κέλητες etiam dicta sunt, translatione sumpta ab equis celitibus, de quibus in actuariis dicemus. Xenophon autem in secundo ἑλληνικῶν δικρότους & μονοκρότους naues dixit eas, quæ cum triremes

2008 Ministerio de Cultura

(opinor) essent, propter tamen absentiã remigum, & sociorum naualium duobus tantum vel vnico per transtra remige incitarentur: cum tamẽ possent ternis agi, si adfuissent remiges. Verba Xenophõtis sic habent, ἐσήμαινεν ἐς τὰς ναῦς βοηθεῖν κατὰ κράτος, διεσκεδασμένων δὲ τῶν ἀνθρώπων ὄντων, αἱ μὲν τῶν νεῶν δίκροτοι ἦσαν, αἱ δὲ μονόκροτοι, αἱ δὲ παντελῶς κεναί. Id est, Signo dato iussit totis viribus concurrerent ad auxilium nauibus ferendum. Cum autem socii nauales in diuersas partes ad sua quisque negotia discessissent, nauium nõnullæ duobus tantum ordinibus agebantur, aliæ verò vnico tantum ordine: quædã autem prorsus vacuæ remigibus erant. Strabo vero in septimo μονόκροτον dixit pro nauibus quæ vnico tantum remorũ ordine agerẽtur. quo loco mendum inest in vulgatis codicibus. Legitur enim μονήκρατον, vbi legendũ existimamus μονοκρότου. Verba Strabonis hæc sunt, καὶ νεώρια ἐν οἷς ἀνέθηκε καῖσαρ τὴν δεκανίαν ἀκροθίνιον ἀπὸ μονοκρότου μέχρι δεκήρους. Id est, Sũt & naualia in quibus Cæsar vndeuiginti naues, decimarum nomine dedicauit ab vno remorum ordine vsque deciremes.

8 Ministerio de Cultura

Talis fuit biremis apud antiquos.



2008 Ministerio de Cultura

Alia ratio biremium, quæ fortasse antiquior.



2008 Ministerio de Cultura



Fiebant & biremes hoc pacto.

2008 Ministerio de Cultura

Rursum alia biremium forma, sed prioribus fere respondens.



2008 Ministerio de Cultura

Etiam hac forma pictam biremem vidimus.

Illæ porro quæ binis remis agebãtur, à Romanis dictæ ſunt biremes, à Græcis δίκροτα potius quàm διῆρες vſurpatum video, etiamſi apud Suidam διῆρες πλοῖον legatur: quod tamen ipſum non memini me legiſſe apud probatum authorem. Polybius in ſexto videtur noluiſſe vti eo vocabulo, ſed potius δικρότῳ: vt palàm fiet ex ipſius verbis quæ ita habent, ἐν αἷς ἦν καὶ πλοῖα τετταράκοντα, τούτων κατάφρακτα μὲν εἴκοσι διαφέροντα ταῖς κατασκευαῖς, τὰ δὲ λοιπὰ τριήρεις καὶ δίκροτα καὶ κέλητες. Id eſt, Inter quas erant

2008 Ministerio de Cultura

naues quadraginta quarum x x. constratæ omni nautico apparatu egregie instructæ, reliquæ triremes, biremes,& actuariæ erant. Vides vt cum potuisset scribere δίκρεις, vt dixit διήρεις, maluit dicere δίκροτα: credo quòd sic vsurpatum videbat à probatissimis authoribus linguæ Grecæ quos sequebatur. Appianus quoque Alexandrinus in Mithridatico, his verbis, καὶ νῆες κατάφρακτοι τριακόσιαι, δίκροτα δὲ ἑκατὸν καὶ ἡ ἄλλη παρασκευὴ τούτων. Id est, Tercentũ cõstratæ naues, dicrota centum, cum reliquis harum armamentis. Idem in eodem, ὁλκάδος δὲ βασιλικῆς ἱστίῳ παραπλεούσης, ῥοδία δίκροτος ἐπ' αὐτὴν ἀνήχθη. Id est, Cũ autem regis oneraria nauis velis præteriret, biremis Rhodia in eam impetum fecit. Quin & Tullius epistolarum ad Atticum x v i. eo vocabulo vsus ad amicum est, dum ait, Nam & ipse Domitius bona plane habet dicrota: súntq; nauigia præterea luculenta Sexti Buciali, cæterorúmque. Nam Cassii classem, quæ planè bella est, nõ numero. Idẽ Tullius in quinto ad Atticum, ἄφρακτα Rhodiorũ & dicrotũ Mitylenorum & aliud catascopium. Quare fit vt existimem apud A. Hirtiũ, aut siquis est alius qui quartum de bello ciuili librum conscripsit, dicrota octo, nõ dicrotas legendũ, vt habetur in vulgatis, Capit ex eo prælio pentiremẽ vnã, triremes duas, dicrota octo, cõplures remiges Octauianos. Cæsar ipse in i i i. de bello ciuili biremes dixit, his verbis, Quatuor biremes subiectis

08 Ministerio de Cultura

ſcutulis, impulſas vectibus in interiorem partem tranſduxit. Liuius decad. tertiæ libro quarto, Legati ab Orico ad M. Valerium prætorem venerũt præſidẽtem claſſi Brunduſio, Calabriæque circa litoribus nuntiãtes Philippum primum Apolloniã tentaſſe leuibus biremibus c x x. flumine aduerſo ſubuectum, deinde vt ea res tardiore ſpe fuerit, ad Oricum clam nocte excercitum admouiſſe. Tulli? in Verrẽ actione ſeptima, Reprimebat enim tibi & imperandi vim, & rogandi conatũ preclara illa nõ populo Rom. reddita biremis: ſed prætori donata cybea. Tranquillus in Iulio Cæſare, Nauali prælio in modum cochleæ defoſſo lacu biremes, ac triremes, quadriremeſque Tyriæ AEgiptiæque claſſis magno pugnatorum metu conflixerũt. Biremes autẽ leues dictæ à Liuio in loco ſuprà ſcripto, à Romanis dicebãtur Liburnicæ, ſi Appiano credimus in Illyrico, ἐγένοντο λίβυρνοι γένος ἕτερον ἰλλυριῶν, οἱ τὸν ἰόνιον καὶ τὰς νήσους ἐλήστευον ναυσὶν ὠκείαις τε καὶ κούφαις· ὅθεν ἔτι νῦν ῥωμαῖοι τὰ κοῦφα καὶ ὀξέα δίκροτα, λιβυρνίδας προσαγορεύουσιν. Id eſt, Fuerunt Liburni alterum Illyriorũ genus, qui Ioniũ mare, & quæ in eo ſunt, inſulas prædabantur celeribus & leuibus nauigiis: vnde etiam nunc leues & celeres biremes Romanis Liburnicæ vocantur.

2008 Ministerio de Cultura

Fiebant autem ab antiquis Liburnicæ, siue biremes celeres fere hoc pacto.

Lucianus in Dialogo qui ἔρωτος inſcribitur, ἐπ' ἰταλίαν μοι πλεῖν διανοουμένῳ ταχυναυτοῦν σκάφος εὐτρέπιστο τούτων τῶν δικρότων, οἷς μάλιστα χρῆσθαι λιβυρνοὶ δοκοῦσι, ἔθνος ἰονίῳ κόλπῳ παρῳκισμένον. Id eſt, Cogitanti mihi in Italiam naue proficiſci, apparata eſt nauis quædam leuis & expedita ex earum biremium genere, quibus maxime vti videntur Liburni, natio quæ ſinum Ionium accolit. Trãquillus in Auguſto, Tempeſtate in traiectu bis conflictatus, primo inter pro-

Ministerio de Cultura

motoria Peloponnesi & AEtoliæ, rursus circa mõtes Ceraunios, vtrobique parte Liburnicarum demersa, simúlque eius in qua vehebatur fusis armamentis & gubernaculo diffracto. Quo loco Tranquillus Liburnicas pro leuibus biremib⁹ dixisse videtur. Plutarch⁹ in Catone videtur Liburnica annumerare inter eas naues, quæ non erant aptæ ad belli conflictum, sed ad præcurrendum potius & speculãdum, his verbis, ὥρμησε μὲν γὰρ ἐγχειρίσαι τῷ Κάτωνι τὴν τῶν νεῶν ἡγεμονίαν, ἦσαν δὲ πεντακοσίων μὲν οὐκ ἐλάττους αἱ μάχιμαι, λιβυρνικὰ δὲ καὶ κατασκοπικὰ καὶ ἄφρακτα παμπληθῆ. Id est, Voluit enim Catoni totius classis imperium deferre: erant autem ad belli vsum idoneæ non pauciores quingentis: Liburnicæ vero, speculatoriæ & apertæ complures. Tamen ex eodẽ Plutarcho in Antonio videre est, Liburnicas etiam habuisse καταστρώματα, dum ait, ἐν τούτῳ δὲ λιβυρνίδες ὤφθησαν διώκουσαι παρὰ Καίσαρος, ὁ δὲ ἀντίπρωρον ἐπιστρέφειν τὴν ναῦν κελεύσας τὰς μὲν ἄλλας ἀνέστειλε. Εὐρυκλῆς δὲ ὁ Λάκων ἐνέκειτο σοβαρὸς λόγχην τινὰ κραδαίνων ἀπὸ τοῦ καταστρώματος ὡς ἀφήσων εἰς αὐτόν. Id est, Interea Liburnicæ apparuerũt quæ à Cæsare missæ persequebantur Antoniũ. ille autem obuerti nauem iubens, reliquarum quidẽ impetũ repressit. At Euricles Lacædemonius acer & infestus instabat, in catastromate hastam vibrans tanquam in eum iaculaturus. Cũ enim dicit κραδαίνων ἀπὸ τοῦ καταστρώματος, palam est eam Liburnicã, in qua erat Euricles, habuisse καταστρώματα, & sic ad

2008 Ministerio de Cultura

belli vſum maxime aptã fuiſſe: & ſanè Cæſar Auguſtus, οὐ πρὸς ὕψος οὐδὲ ὄγκον ἐπιδεικτικῶς πεπηγυίαις ναυσί: εὐστρόφοις δὲ καὶ ταχείαις καὶ πεπληρωμέναις ἀκριβῶς ἐξηρτυμένος, ἐν Τάραντι καὶ Βρεντησίῳ συνέχων τὸ ναυτικόν. ἔπεμπε πρὸς Ἀντώνιον ἀξίων μὴ διατρίβειν τὸν χρόνον. Id eſt, Inſtructus autem Cæſar nõ nauibus illis altis & amplis, quæ oſtentationis gratia parantur: ſed agilibus, celeribúſque & iis viris probè oppletis, Tarenti & Brunduſii claſſem continebat. Miſit autem ad Antonium nuntium petens vt ne amplius tempus otioſi tererent, vt inquit Plutarchus in Antonio. Liburnicam imitatur nautilos piſcis authore Plinio in nono cap. XXIX. dum ait, Inter precipua autem miracula eſt qui vocatur nautilos, ab aliis pompilos. Supinus in ſumma equorum peruenit, ita ſe paulatim ſubrigens, vt emiſſa omni per fiſtulam aqua velut exoneratus ſentina facile nauiget, poſtea duo prima brachia retorquens, membranam inter illa miræ tenuitatis extendit, qua velificante in auras, cæteris ſubremigans brachiis, media cauda vt gubernaculo ſe regit: ita vadit alto Liburnicarum gaudens imagine, ſiquid pauoris interuenit hauſta ſe mergẽs aqua. Quæ Liburnicæ nomẽ à patria ſortitæ ſunt: quoniã naues dicim⁹ AEgyptias, Aſiaticas, Syriacas, Rhodias, Liburnicas atque Achaicas, & eiuſmodi: vt Cæſar in tertio de bellis ciuilibus, Præerat AEgyptiis nauibus Põpeius fili⁹, Aſiaticis Decius Lælius & C. Triari⁹, Syriacis C. Caſſius, Rho-

2008 Ministerio de Cultura

diis C. Marcellus cũ C. Põponio: Liburnicæ atque Achaicæ classi Scriboni⁹ Libo & Marcus Octaui⁹: toti tamen officio maritimo M. Bibulus præpositus cuncta administrabat, ad hunc summa imperii respiciebat. Idem Cæsar in tertio, Et nauibus lõgis Rhodiis decem, & Asiaticis paucis Alexandriã peruenit. Tullius de diuinatione, Postremo à Rhodia classe deserti. Trãquillus etiã in loco suprà citato. Liuius decadis quartæ libro septimo, Rhodii celebratis exequiis aduersus classẽ, quã fama erat ex Syria venire XIII. suis nauibus & vna Coa quinqueremi ad terram Gnidiorũ, vt ibi in statione essent, profecti sunt. Punicæ etiam naues à Liuio dictæ decadis quartæ libro septimo, Iã omnes in cõspectu erant, duæ Punicæ naues antecedebant Romanam classẽ. Idem in eodem, Ad inferẽdum hostibus terrorem, C. Liuius cum duabus quinqueremibus Romanis & quatuor quadriremibus Rhodiis, & duabus apertis Smyrneis in Lyciã est missus. Idem, Et erant naues Rhodiæ lõgæ omnium celerrimæ tota classe. Nauis Sidoniæ mentio est apud Herodotum ἐν πολυμνίᾳ, ἐνθαῦτα ὁ ξέρξης μεταβὰς ἐκ τοῦ ἅρματος ἐς νέα σιδωνίην ἵζετο ὑπὸ σκηνῇ χρυσέῃ. Id est, Hic Xerxes relicto curru Sidoniam nauem coscẽdens, sub aureo tentorio sedit. Et in eadem, ὡς δὲ ἐπεθύμησε καὶ ἐποίεε ταῦτα ἐσβὰς ἐς σιδωνίην νέα ἐς τὴν περ ἐσέβαινε αἰεὶ ὅκως τοι ἐθέλοι τοιοῦτο ποιῆσαι. Id est, Vt autẽ horum eum desyderium cœpit, & hæc faciebat. Si-

2008 Ministerio de Cultura

doniam nauem conſcendens, quam ſemper cum quid huiuſmodi efficere vellet, conſcendere conſueuerat. Euripides in Helena, Sidoniã poſuit pro actuario quinquaginta remorum, dum ait,

Χώρει σὺ καὶ ναῶν τοῖς δὲ πεντηκόντορον
Σιδωνίαν δὸς κἀρετμῶν ἐπιστάτας.

Liuius libro ſupra proxime citato, Rhodia vna capta memorabili caſu: nam cum roſtro percuſſiſſet Sidoniã nauem, anchora ictu ipſo excuſſa naue ſua, vnco dente velut manu ferrea iniecta alligauit alterius proram: inde tumultu iniecto cum diuellere ſe ab hoſte cupientes inhiberent Rhodii, tracta anchora & implicita remis, latus alterum deterſit debilitate ea, ipſa quæ icta cohæſerat, nauim cœpit.

2008 Ministerio de Cultura



Triremis.

2008 Ministerio de Cultura

Triremis à Græcis τριήρης dicitur. Herodotus ἐν τερψιχόρῃ, παρεσκευάζετο μὲν διηκοσίας τριήρεας, πολλὸν δὲ κάρτα ὅμιλον περσέων τε καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων. Id eſt, Apparauit autem ducentas triremes, & magnam vnà Perſarum, aliorúmque auxiliariorũ copiam. Idem ἐν πολυμνίᾳ, τῶν δὲ τριήρεων ἀριθμὸς μὲν ἐγένετο ἑπτὰ καὶ διηκόσιαι καὶ χίλιαι. Id eſt, Erant autem mille ducentæ ſeptem numero triremes. Et haud ita multo poſt, τριηκόντοροι δὲ καὶ πεντηκόντοροι καὶ κέρκουροι καὶ ἱππαγωγὰ πλοῖα μικρὰ συνελθόντα ἐς τὸν ἀριθμὸν ἐφάνη τρισχίλια. Id eſt, Triginta autem & quinquaginta remorum naues cercuri, & hippagines, & parua præterea nauigia, in vnum omnia coacta numerum, ter mille eſſe viſæ ſunt. Demoſthenes in prima cõtra Philippum, καὶ ἱππαγωγοὺς τούτοις, εἶεν: τί πρὸς τούτοις ἔτι; ταχείας τριήρεις δέκα. δεῖ γὰρ ἔχοντος ἐκείνου ναυτικὸν καὶ ταχειῶν τριηρῶν ἡμῖν ὅπως ἀσφαλῶς ἡ δύναμις πλέῃ. Id eſt, Atq; his hippagoga nauigia. quid præterea? decem celeres triremes. Nam cum claſſem ipſe habeat, celeres triremes nobis eſſe oportet, quò excercitus noſter tuto nauigare poſſit. Tullius actione tertia in Verrẽ, mille fuiſſe naues Perſarũ author eſt, vt parum ab Herodoti numero abeſſe videatur, his verbis, Vt ne Perſæ quidem, cum bellum toti Græciæ, diis hominibúſque indixiſſent, & mille numero nauium claſſem ad Delum appuliſſent, quicquã conarentur aut violare, aut attingere. Plutarchus in Themiſtocle citat αἰσχύλον ἐν πέρσαις, ξέρξῃ δὲ καὶ γὰρ

2008 Ministerio de Cultura

οἶδα, χιλιὰς μὲν ἦν νεῶν τὸ πλῆθος. Id eſt, Xerxi autẽ, probe enim noui, mille numero naues erant. Triremem inuenit primus Aminocles Corinthius, authore Plinio ex Thucydide in primo, qui tamen aliter dicere videtur, dum ait, φαίνεται δὲ καὶ Σαμίοις ἀμεινοκλῆς κορίνθιος ναυπηγὸς ναῦς ποιήσας τέσσαρας. Videtur autem & Samiis Aminocles Corinthius Naupegus naues quatuor ædificaſſe. videtur tamen aſſeuerare triremes primũ ædificatas Corinthi, dum ait, καὶ τριήρεις ἐν κορίνθῳ πρῶτον τῆς ἑλλάδος ναυπηγηθῆναι. Id eſt, Et triremes primũ apud Corinthũ in Græcia ædificatas fuiſſe. Quibus verbis facile colligere eſt, apud Plinium legendum Aminoclem: nõ Amoclem, vt vulgo ſcriptum video.

Quadriremem inſtituẽre Carthaginenſes, authore Ariſtotele ex Plinio, quæ τετρήρης à Græcis dicitur. Polybius in primo, κατὰ δέ τινα τόπον ἔχοντα βράχεα συνέστη χῶμα μετὰ πολλῆς ταλαιπωρίας ἐφ' ᾧ τετρήρης ἐκφέρουσα νυκτὸς ἐκάθισε καὶ τοῖς πολεμίοις ὑποχείριος ἐγένετο διαφέρουσα τῇ κατασκευῇ τῆς ναυπηγίας. Id eſt, Quodã autem loco, in quo erant breuia reſedit agger: ídque multo militum labore, in quem quadriremis nocte excurrens impegit, quã ſtatim aduerſarii nacti ſunt excellentem, & probe ædificatam. Vide, ſi otium eſt, Sipõtinum: & quantum in vertendo Polybio ſibi permiſerit, facile agnoſces. Διόδωρος βιβλιοθήκης vndeuiceſimo, τούτων ἦσαν τετρήρεις μὲν ἐνενήκοντα, πεντήρεις δὲ δέκα, ἑξήρεις δὲ τρεῖς, δεκήρεις δὲ δέκα, ἄφρακτοι δὲ λ. Id eſt

2008 Ministerio de Cultura

Harũ erãt quadriremes quidem nonaginta, quinqueremes decem, nouem ordinum tres, decem ordinum decem, apertæ autem triginta. Tullius septima in Verrẽ, Princeps Cleomenes in quadriremi Cẽturipina malum erigi, vela fieri, præcidi anchoras imperauit: & ſimul vt ſe cæteri ſequerentur, ſignum dari iuſſit: hæc Centuripina nauis erat incredibili celeritate velis: nam ſcire iſto prætore nemo poterat quid quæque nauis remis facere poſſet. Et paulo poſt, Erat enim ſola illa nauis conſtrata, & ita magna vt propugnaculo cæteris poſſet eſſe: quæ, ſi in prædonum pugna verſaretur, vrbis inſtar habere inter illos pyraticos myoparones videretur.

2008 Ministerio de Cultura

Tectæ siue constratæ nauis forma, qualis apud antiquos fuit.



Quod autem Tullius constratã dixit, aliquando hæsitaui num eadem esset quæ & tecta dicitur à Cæsare. Quas tectas lõgas inuenere Tasii. Nam antea ex prora tantum & puppi pugnabatur. Author Plinius in septimo. Cæsar in secundo de bello ciuili, Appulsáque ad proximũ littus trireme cõstrata, & in littore relicta, pedibus ad rumetum profugerat. Idem in tertio, Atque omnes naues incendit XXXV. in quibus erant XX. constratæ. Idem Cæsar alibi tectas vocat in primo de bel

2008 Ministerio de Cultura

lo ciuili, Massilienses vsi L. Domitii consilio, naues longas expediunt numero XVII. quarum erant XI. tectæ. Idem in tertio, Illæ triremes omnes, & quinqueremes aptæ, instructæque omnibus rebus ad nauigandum, præter has XXII. erant, quæ præsidii causa Alexandriæ esse consueuerant, constratæ omnes, quas si occupassent classe Cæsaris erepta, portum ac mare totum in sua potestate haberent, commeatu, auxiliisque Cæsarem prohiberent. Aulus certe Hirtius omnem tollere dubitationẽ videtur, dum ait, Magnóque impetu quatuor ad eam constratæ naues, & complures apertæ contenderunt, cui coactus est Cæsar ferre subsidium. Vides vt cõstratas & apertas ponat, tanquã diuersas: quod perinde est, atque si dixisset, alias tectas fuisse, alias apertas. Tullius actione septima in Verrem, Poteróne in eos esse vehemẽs, qui naues inanes non modo habuerunt, sed etiam apertas: in eum dissolutus qui solus habuerit constratam nauem, & minus exinanitam? Loquitur enim de quadriremi centuripina. Aulus Hirtius in quarto de bello ciuili, Itaque paucis diebus cõtra omniũ opinionem quadriremes XXII. quinqueremes quinque confecerunt, ad has minores apertásque complures adiecerunt. Idem in eodem, haud ita multo infra illum locum, Ex his quinqueremes quinque erant, & quadriremes decem: reliquæ infra hanc magnitudinem, & pleræque apertæ. Li-

2008 Ministerio de Cultura

uius decadis quartæ libro ſexto, Biduum in appa-
ratu morati, tertio die cētum nauibus, quarum ſe-
ptuaginta tectæ erant, cæteræ apertæ, minores om
nes ferè erant, profecti, Phoceam petierunt. Nec ta
men video Marcū Tulliū tectas appellaſſe, quan-
tum mea memoria eſt, ſed ferè ſemper cōſtratas:
tegebantur enim aliquando & minores. Cæſar in
tertio bell. ciuil. Similiter Vatinius qui Brunduſio
præerat, tectis inſtructíſque ſcaphis elicuit naues
Lælianas, atque ex his longius productam vnam
quinqueremem, & minores duas in anguſtiis por
tus cœpit: itémq; per equites diſpoſitos aqua pro-
hibere claſſiarios inſtituit. Idem in ſecundo, Maſ-
ſilienſes poſt ſuperius incommodum, veteres ad
eundem modum ex naualibus productas naues
refecerant, ſummáque induſtria armauerāt: remi-
gum, gubernatorúmque magna copia ſuppetebat,
piſcatoriáſque adiecerant atque contexerant, vt eſ
ſent ab ictu telorum remiges tuti: has ſagittariis,
tormentíſque compleuerant. Idem in tertio, Sca-
phas nauium magnarum circiter ſexaginta, crati-
bus pluteíſque cōtexit, eóque milites delectos im-
poſuit. Has autem Græci καταφράκτους vocāt, etiam
ſi Sipontinus apud Polybium haud ſcio quàm re
cte pro καταφράκτῳ quinqueremē nobis reddide-
rit, eò fortaſſe quòd magis idoneæ eſſent quæ con
ſternerentur. Eo enim tempore quo primum Po.
Ro. ſtatuit è rep. eſſe, cum Carthaginēſibus de Si-

2008 Ministerio de Cultura

ciliæ, atque adeò maris interni imperio naualibus copiis dimicare, cētum & viginti nauium classem ædificādam curarunt: in qua centum fuere quinqueremes, & viginti triremes. Nam antea quidem eo ipso tempore quo Messanam copias traducere ceperunt, οὐχ' οἷον (inquit Polybius) κατάφρακτος αὐτοῖς ὑπῆρχε ναῦς: ἀλλ' οὐδὲ καθόλου μακρὸν πλοῖον, οὐδὲ λέμβος, οὐδὲ εἷς. Hoc est, Non solum nullā nauem tectam constratámve habebāt: sed nec prorsus vlla nauis longa, aut lembus vllus ipsis præsto fuit. Quare à Tarentinis & Locrensibus, ἔτι δὲ ἐλεατῶν καὶ νεαπολιτῶν συγχρησάμενοι πεντηκοντόρους καὶ τριήρεις, ἐπὶ τούτων παραβόλως διεκόμισαν τοὺς ἄνδρας. ἐν ᾧ δὴ καιρῷ τῶν καρχηδονίων κατὰ τὸν πορθμὸν ἐπαναχθέντων αὐτοῖς, καὶ μιᾶς νεὼς καταφράκτου διὰ τὴν προθυμίαν προπεσούσης, ὥστε ἐποκείλασαν γενέσθαι τοῖς ῥωμαίοις ὑποχείριον, ταύτῃ παραδείγματι χρώμενοι τότε πρὸς ταύτην ἐποιοῦντο τὴν τοῦ παντὸς στόλου ναυπηγίαν. Id est, præterea autem ab Eleatis & Neapolitanis, triremes, & quinquaginta remorum actuarias, cum commodatò accepissent, in his summa cū audacia milites transuexerūt. quo quidem tempore cum forte Carthaginēses circa fretum in Romanos irruerent: & nauis quædam constrata, propter promptitudinem reliquas omnes præcurreret, casu impacta impeditáque, in Romanorum ditionem venit. Ea itaque, vt exemplo vsi, ad illius similitudinem classem suam vniuersam ædificarunt. Constratæ vero naues dicebantur eò quòd haberēt κα-

2008 Ministerio de Cultura

ταστρώματα, & ad id erant maxime aptæ quadriremes. Polybius in secundo, ἐπλήρωσαν κοινῇ τὰς τῶν ἀχαιῶν δέκα ναῦς καταφράκτους. Id est, Impleuerũt in cõmune decem Achæorum naues cõstratas, & quæ haberent καταστρώματα. Subdit enim, τότε ἐπιπηδῶντες ἐπὶ τὰ καταστρώματα τῶν ἀχαϊκῶν νεῶν κατεκράτουν, διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐπιβατῶν, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ τεττάρων μὲν πλοίων ἐκυρίευσαν τετρηρικῶν, μίαν δὲ πεντήρη σὺν αὐτοῖς τοῖς ἀνδράσι ἐβύθισαν. Id est, Tunc in Achaicarũ nauium catastromata insilientes, superiores euaserũt, propter propugnantium multitudinẽ. Atque hoc pacto quatuor quidem quadriremes in suam potestatem receperunt: quinqueremem autem vnam cum ipsis hominibus demerserunt, atque depresserũt. Loquitur enim de eisdem Achæorũ nauibus.

Triremibus si binos ordines addideris, quinqueremem facies: si plures, maiorem. Nam quinqueremis figuram antiquam nullam adhuc vidimus, præterquam in numismate quodam. Sed dubitamus an illud, quemadmodum permulta alia, mentiatur antiquitatem.

Quinqueremem instituit Nesichthon, si Plinio credimus, quæ πεντήρης à Græcis dicitur. Herodotus in Ἐρατῷ, καὶ ἦν γὰρ δὴ τοῖσι ἀθηναίοισι πεντήρης ἐπὶ σουνίῳ, λοχήσαντες οὖν τὴν θεωρίδα νῆα εἷλον πλήρεα ἀνδρῶν τῶν πρώτων ἀθηναίων. Id est, Erat enim Atheniẽsibus quinqueremis in Suneo. Illi itaque positis insidiis Theorida nauem occuparunt, Atheniensium primoribus refertam. Appianus in Mithridatico, ὥστε

2008 Ministerio de Cultura

καὶ τριήρη αὐτοῖς ἀνδράσι ἀναδησάμενοι, καὶ ἀκροστόλια πολλὰ καὶ σκῦλα ἐς τὸν λιμένα φέροντες ἐπανελθεῖν. πεντήρους δὲ σφῶν ἁλημμένης ὑπὸ τῶν πολεμίων ἀγνοοῦντες οἱ ῥόδιοι ἐπὶ ζήτησιν αὐτῆς ἐξ ταῖς μάλιστα ταχυναυτούσαις ἀνέπλεον. Id eſt, Itaque trireme cum ipſis hominibus, nauibus ſuis alligata, multis nauium roſtris, nec paucis ſpoliis onuſti ad portũ rediere. Cum autem ipſorũ quinqueremis ab hoſtibus capta eſſet, eius ignari Rhodii ad conquirendam eam ſex maxime celeribus nauibus regreſſi ſunt. Mirum eſt quòd Aulus Hirtius, ſiue Opius in bello Alexandrino quinqueremem, pentiremem vocet, vocabulo ſemigræco ſemíque Latino, dum ait, Capit ex eo prælio pentiremem vnam, triremes duas, dicrota octo cõpluréſque remiges Octauianos. Sic enim legendum cenſeo non dycrotas. Idem in Aphricano bello, Naues onerarias, quæ lõgius à portu in ſalo ſtabãt, incẽdit: & pentiremes duas vacuas à defenſoribus, nullo repugnante, cepit. Marcus Tullius vbique quinqueremes dicit, & optimi quique authores. Pontem conſtratum, paludémque dixit idem Hirtius derelictorum de bello Gallico, Turres crebras excitari in altitudinem trium tabulatorum, pontibus traiectis cõſtratíſque coniungi, quorum frontes viminea loricula munirẽtur, vt hoſtis à duplici propugnatorũ ordine depelleretur. Idem in eodem, Pontibus palude cõſtrata, legiones traducit. Et in eodẽ, Niſi flumen Ligerim, quod erat pon-

2008 Ministerio de Cultura

te propter magnitudinem conſtratum, copias traduxiſſet. Tullius libro primo de Oratore, Illa vero deridenda arrogãtia eſt, in minoribus nauigiis rudem eſſe ſe confiteri, quinqueremes aut etiã maiores gubernare didiciſſe. Ipſe (quantum aſſequi poſſum coniectura) exiſtimo quadraginta fuiſſe ſedilia in tabulato alterius lateris quinqueremis, quæ quadringentis remigibus agebatur: vt ex verbis Plinii colligere eſt libro trigeſimoſecundo, vbi de echeneide, dum ait, Fertur Actiaco Marte tenuiſſe prætoriam nauim Antonii properantis circuire, & exhortari ſuos, donec tranſiret in aliam. Ideóque Cæſariana claſſis impetu maiore protinus venit. Tenuit & noſtra memoria Caii principis ab Aſtura Antium remigantis, vt res eſt etiam auſpicalis piſciculus. Siquidem nouiſſime tum in vrbem reuerſus ille imperator, ſuorum telis confoſſus eſt. Nec longa fuit illius moræ admiratio, ſtatim cauſa intellecta cum è tota claſſe quinqueremis ſola non proficeret, & exilientibus protinus qui id quærerent, circa nauim inuenere adhærentẽ gubernaculo: oſtenderúntque Caio indignãti hoc fuiſſe quòd ſe reuocaret, quadringentorúmque remigum obſequio contra ſe intercederet. Quibus ſanè verbis palàm fit illam quinqueremem actam à remigibus quadringentis, vt in altero latere ducenti fuerint. qui ſi diſtribuãtur in quinos ordines, neceſſe eſt quadraginta ſedilia fuiſſe in altero tabu

2008 Ministerio de Cultura

lati latere. Hæc idcirco adieci, vt Veneti videant an illa eorum quinqueremis, quæ XXVIII. tantū opinor tranſtris conſtat, ædificata ſit ad antiquarū quinqueremiū rationem. De echeneide non adiiciam quæ Plutarchus in Sympoſiacis tractat, etiam ſi minime videantur aliena: ſed ad illum authorem grauiſſimum, lectorem reiicimus. Quòd autem Tullius, aut etiam maiores dixit, de ſex, ſeptémque ordinum naue intellexiſſe videtur: quas Liuius Græco vocabulo hexeres hepteréſque vocat, quartæ decadis libro ſeptimo, Regia claſſis ſeptem & triginta maioris formæ nauium erat, in quibus tres hepteres & quatuor hexeres habebāt: præter has decem triremes erāt: & ii adeſſe hoſtes ex ſpecula quadam cognouere. Idem in eodem, Maxime exterruit hepteres regia à multo minore Rhodia naue vno ictu demerſa. Idem in eodē, Hoſtium claſſis trium & nonaginta nauium fuit, maximæ formæ naues, tres hexeres habebāt, duas hepteres. Robore nauium & virtute militum Romani longè Regios præſtabant: Regiæ naues agilitate, & arte gubernatorum, & ſcientia remigum. Appianus Alexandrinus de bellis ciuilibus libro quarto, ἐνδοὺς ὁ πομπήϊος ἐς τὴν αἰνάριαν διέπλει ναυσὶ πολλαῖς ἀρίσταις, ἑξήρους λαμπρᾶς ἐπιβεβηκώς. Id eſt, Cedens Pompeius, in AEnariam conceſſit nauibus multis, iiſque præſtantiſſimis, naui ipſe hexere ſplendidiſſima vectus. Polybius, τὰς μὲν οὖν ἑξήρεις δύο οὔσας

ἐφ' ὧν ἔπλεον οἱ στρατηγοὶ μάρκιος ἀτίλιος, καὶ λεύκιος μάλλιος πρώτας ἐν μετώπῳ παραλλήλους ἔταξαν. Id eſt, Duas igitur hexeres, quibus Marcus Attilius, & Lucius Manlius duces vehebãtur, primas in fronte, æqualiter inuicem diſtantes, conſtituerunt. Lucanus in tertio, vbi de Bruti prætoria naue loquitur, hexerem deſcripſiſſe videtur,

Celſior at cunctis Bruti prætoria puppis
Verberibus ſenis agitur, molemque profundo
Inuehit, & ſummis longe petit æquora remis.

2008 Ministerio de Cultura

Hepteres, quæ ſeptem ordinum nauis erat.



2008 Ministerio de Cultura

Hepterem Polybius ἑπτήρη vocat in primo, ἔχων ἑπτήρη τὴν γενομένην Πύῤῥου τοῦ βασιλέως. Id est, Habēs hepterem, quæ Pyrrhi regis quōdam fuerat. quo loco septiremem vertit Sipontinus, nec Liuium sequi curauit. Diodorus Siculus libro vigesimo, τούτων δ' ἦσαν αἱ μέγισται μὲν ἑπτήρεις, αἱ πλεῖσται δὲ πεντήρεις. Id est, Ex his maximæ quidem hepteres erant, plurimæ autem quinqueremes. ὀκτήρεις vero fuisse lique ex Athenæo. ἐννήρεις plane & δεκήρεις cōstat fuisse ex Diodoro Siculo, in loco suprà citato. Fuerunt ἑνδεκήρεις & τρισκαιδεκήρεις, & τριακοντήρεις, & εἰκοσήρεις: vt palàm fit ex Athenæo in quinto, his verbis, πολλῶν δὲ ὁ φιλάδελφος βασιλέων πλούτῳ διέφερε, καὶ περὶ πάντα ἐσπουδάκει τὰ κατασκευάσματα φιλοτίμως, ὥστε καὶ πλοίων πλήθει πάντας ὑπερέβαλε, τὰ γοῦν μέγιστα ἦν τῶν πλοίων παρ' αὐτῷ τριακοντήρεις δύο, εἰκοσήρης μία, τέσσαρες δὲ τρισκαιδεκήρεις, δωδεκήρεις δύο, ἑνδεκήρεις δεκατέσσαρες, ἐννήρεις τριάκοντα, ἑπτήρεις τριάκοντα ἑπτά, ἑξήρεις πέντε, πεντήρεις ἑπτακαίδεκα. τὰ δὲ ἀπὸ τετρήρους μέχρι τριηρημιολίας διπλάσια τούτων: τὰ δὲ εἰς τὰς νήσους πεμπόμενα, καὶ τὰς ἄλλας πόλεις ὧν ἦρχε, καὶ τὴν Λιβύην, πλείονα ἦν τῶν τετρακισχιλίων. Id est, Philadelphus autem multos reges opibus superauit, erátque apparatuū omnium ambitiose studiosus. Nauium itaque copia & numero omnes superabat. Quæ vero maxima habebat apud se nauigia, hæc erant: triginta ordinū, duæ: viginti, vna: tredecim ordinū, quatuor: duodecim, duæ: vndecim ordinū, quatuordecim: nouem ordinum, tri-

2008 Ministerio de Cultura

ginta: hepteres, trigintaſeptem: hexeres, quinque: quinqueremes, decem & ſeptem. Earum autẽ nauium, quæ à quadrireme ad trieremiolias vſque deſcendebant, duplus erat ad has numerus. Quæ autem ad inſulas deductæ fuerant, & in vrbes quibus imperitabat ipſe, & Lybiam, plures erant quater millenis. Alexander Magnus, authore Plinio, inſtituit naues ad duodecim ordines. Philoſtephanus Ptolemæum Soterem inſtituiſſe vult ad quindecim. Plutarchus tamen πεντεκαιδεκήρη adſcribit Demetrio, dum ait, οὐδεὶς γὰρ οἶδεν ἀνθρώπων οὔτε πεντεκαιδεκήρη ναῦν πρότερον, οὔτε ἑκκαιδεκήρη: ἀλλ᾽ ὕστερον τετταρακοντήρη Πτολεμαῖος ὁ Φιλοπάτωρ ἐναυπηγήσατο μῆκος διακοσίων ὀγδοήκοντα πηχῶν, ὕψος δὲ ἕως ἀκροστολίου πεντήκοντα δυοῖν δεόντων, ναύταις δὲ χωρὶς ἐρετῶν ἐξηρτυμένην τετρακοσίοις, ἐρέταις δὲ τετρακισχιλίοις, χωρὶς δὲ τούτων ὁπλίτας δεχομένην ἐπί τε τῶν παρόδων, καὶ τοῦ καταστρώματος ὀλίγῳ τρισχιλίων ἀποδέοντας, ἀλλὰ θέαν μόνην ἐκείνη παρέχων, καὶ μικρὸν ὅσον διαφέρουσα τῶν μονίμων οἰκοδομημάτων. Id eſt, Antea enim neque quindecim ordinum nauem, neque ſedecim quiſquam hominum nouerat: poſtea tamen quadraginta ordinum ædificandam curauit Ptolemæus Philopator, in longitudinem quidem productam ad cubitos ducentos octoginta: altitudine autem ad ſummitatem vſque nauis, duodequinquaginta cubitorum. Inſtructa autem erat quadringentis nautis, ex-

2008 Ministerio de Cultura

tra remiges, qui quater mille numero erãt. Capiebat præter hos nauis in aditibus vnà & catastromate armatos milites paulo minus ter millenis. Verum solam hæc nauis sui spectationẽ exhibuit ab immobilibus ædificiis parum admodum differens. Athenæus in quinto δειπνοσοφιστῶν ex Καλλιξένῳ eadem ferè cum Plutarcho referre videtur, sed tamen apertius & diffusius, his verbis, τὴν τεσσαρακοντήρη ναῦν κατεσκεύασε ὁ φιλοπάτωρ τὸ μῆκος ἔχουσαν διακοσίων ὀγδοήκοντα πηχῶν, ὀκτὼ δὲ καὶ τριάκοντα ἀπὸ παρόδου ἐπὶ πάροδον, ὕψος δὲ ἕως ἀκροστολίου τεσσαράκοντα ὀκτὼ πηχῶν ἀπὸ δὲ τῶν πρυμνητικῶν ἀφλάστων ἐπὶ τὸ τῇ θαλάσσῃ μέρος αὐτῆς τρεῖς πρὸς τοῖς πεντήκοντα πήχεις: πηδάλια δ' εἶχε τέσσαρα τριάκοντα πήχη: κώπας δὲ θρανιτικὰς ὀκτὼ καὶ τριάκοντα πηχῶν τὰς μεγίστας: αἳ διὰ τὸ μόλυβδον ἔχειν ἐν τοῖς ἐγχειριδίοις, καὶ γεγονέναι λίαν εἴσω βαρεῖαι κατὰ ζύγωσιν εὐήρεις ὑπῆρχον ἐπὶ τῆς χρείας. δίπρωρος δὲ ἐγεγόνει καὶ δίπρυμνος, καὶ ἔμβολα εἶχεν ἑπτά: τούτων ἓν μὲν ἡγούμενον, τὰ δ' ὑποστέλλοντα, τινὰ δὲ κατὰ τὰς ἐπωτίδας. ὑποζώματα δ' ἐλάμβανε δώδεκα: ἑξακοσίων δὲ ἦν ἕκαστον πηχῶν. εὔρυθμος δ' ἦν καθ' ὑπερβολήν: θαυμαστὸν δ' ἦν καὶ ὁ ἄλλος κόσμος τῆς νεώς. ζῷα μὲν γὰρ εἶχεν οὐκ ἐλάττω δώδεκα πηχῶν κατὰ πρύμναν τε καὶ πρῷραν: καὶ πᾶς τόπος αὐτῆς κηρογραφίᾳ καταπεποίκιλτο. τὸ δὲ ἔγκωπον ἅπαν μέχρι τῆς τρόπεως κισσίνην φυλλάδα καὶ θύρσους εἶχεν πέριξ. πολὺς δ' ἦν καὶ ὁ τῶν ὅπλων κόσμος, ἀνεπλήρου δὲ τὰ προσδεόμενα τῆς νεὼς μέρη. γινομένης δὲ ἀναπείρας ἐδέξατο ἐρέτας πλείους τῶν τετρακισχιλίων: εἰς δὲ τὰς ὑπηρεσίας τετρακοσίους: εἰς δὲ τὸ κατάστρωμα ἐπιβάτας τρισχιλίους ἀποδέοντας ἑκατὸν

2008 Ministerio de Cultura

καὶ πεντήκοντα καὶ χωρὶς τῶν ἀπὸ τὰ ζύγια πλῆθος ἀνθρώπων, ἕτερον ἐπισιτισμοῦ τε οὐκ ὀλίγον. καθειλκύσθη δὲ τὴν μὲν ἀρχὴν ἀπὸ ἐσχαρίας τινός, ὅ φασι παγῆναι πεντήκοντα πλοίων πεντηρικῶν ξυλείᾳ. ὑπὸ δὲ ὄχλου μετὰ βοῆς καὶ σαλπίγγων κατήγετο. ὕστερον δὲ τῶν ἀπὸ Φοινίκης τις ἐπενόησε τὴν καθολκὴν τάφρον ὑποστησάμενος ἴσην τῇ νηὶ κατὰ μῆκος, ἣν πλησίον τοῦ λιμένος ὤρυξε. ταύτῃ δὲ τοὺς θεμελίους κατῳκοδόμησε λίθῳ στερεῷ πρὸς πέντε πήχεις τὸ βάθος: καὶ διὰ τούτων φάλαγγας ἐπικαρσίας κατὰ πλάτος τῆς τάφρου διώσας συνεχεῖς τετράπηχυν εἰς βάθος τόπον ἀπολιπούσας, καὶ ποιήσας εἴσρουν ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἀνέπλησεν αὐτῆς πάντα τὸν ὀρυχθέντα τόπον: εἰς ὃν ῥαδίως ἀπὸ τῶν τυχόντων ἀνδρῶν εἰσήγαγε τὴν ναῦν, τὸ ἀνοιχθὲν κατ' ἀρχὰς ἐμφράξας μετεξήντλησε πάλιν τὴν θάλασσαν ὀργάνοις: τούτου δὲ γινομένου ἑδρασθῆναι τὸ πλοῖον ἀσφαλῶς ἐπὶ τῶν προειρημένων φαλάγγων. Id eſt, Quadraginta ordinũ nauem conſtruxit Philopator, quæ in lõgitudinem haberet ducentos octoginta cubitos: octo autem & triginta in latitudinem ab aditu in aditum, in altitudinem autem vſque ad ſummitatem & oram nauis quod ἀκροστόλιον dicunt. XLVIII. cubitos habebat, à ſummitate autem extrema puppis ad eam partem quæ mari alluitur tres &. L. cubitos. gubernacula autem habebat quatuor ſingula in longitudinem triginta cubitorum, remos vero longiores quos θρανιτικοὺς vocant. XXXVIII. cubitorũ: qui propterea quòd plumbum haberent in capulis, & quòd ad interiorem partẽ grauiores eſſent libramento, vſui habiles ad remigandũ erant. Fuit præ-

2008 Ministerio de Cultura

terea duplici prora duplicique puppe, rostráque septem habebat: quorum vnum quidē extabat: quædam autem contractiora erant, minoráque, nonnulla vero ad epotidas erant collocata. Zonas autem perpetuas habuit XII. quarum quæque sexcentorum erat cubitorum. Erat autem mira & egregia symmetria: admirabilis præterea & alius nauis ornatus. ad cuius proram & puppim erant expressa animalia non minora duodecim cubitorum, & in omni parte multiplici ceræ pictura variegabatur. Tota vero ab ea parte, qua remi collocati erāt, vsque ad carinam ipsam in ambitu thyrsos habebat, cū perpetuis hederæ foliis. Multus autem erat & armamentorū ornatus, quibus instruebātur partes vt quæque eis indigebāt. Cum autem experimēti causa deduceretur, suscepit remiges plures quatuor milium, ad reliqua autem ministeria quadringētos. In catastromate verò & aditibus habuit propugnatores bis mille octingētos quinquaginta, præter magnam multitudinem hominum quæ ad iuga erat, magnam præterea vim continebat rei frumentariæ deducta autem fuit initio ab Eschario quodam, qui eam nauem compegisse dicitur materia quinquaginta nauium quinqueremium. Deducebatur autē à turba cum magno clamore & tubarum sonitu. Postea verò quidā è Phœnicia excogitauit deductionem ducta fossa æquali naui longitudine, quam ad portum fodiendam

2008 Ministerio de Cultura

curauit. Huic fossæ fundamenta iniecit è solido lapide in altitudinem quinque cubitorum, per quæ transuersales trabes in latitudinem fossæ traiiciens inter se cohærentes relicto loco IIII. cubitorum vacuo: factóque incili aqua marina totũ locũ defossum compleuit: in quem facile opera viliorum hominum induxit nauem, obturans eam partem quam ab initio aperuerat: rursúsque aquam marinam extraxit machinis, quo facto consedisse nauem tuto in prædictis trabibus. Ante verò quàm à nauium longarum cõmemoratione discedo, non omittam me cõiectura assecutum, quinqueremes fuisse altiores, quàm vt è quadrireme armati milites in eam transilire possent. Quòd si lector in animum induxerit mecum attendere ad verba Liuii, facile, vt opinor, in eandem sententiã discedet. ea sunt decadis tertiæ libro decimo, Classis Punica ad Vticam stationem habebat ex ea tres quadriremes, seu clàm misso à Chartagine nũtio vti fieret, seu Asdrubale qui classi præerat, siue publica fraude auso facinus, quinqueremem Romanam superãtem promontoriũ ex alto repẽte aggressæ sunt. sed neque rostro ferire celeritate subterlabentẽ poterant, neque transilire armati ex humilioribus in altiorem nauem: & defẽdebatur egregiè quoad tela suppeditarũt. Quod ex verbis ipsis apertius mihi videtur, quàm vt aliter explanandum sit. Quod autem de ἀντήρει suprà dictum est, aduerte lector: cũ

2008 Ministerio de Cultura

enim vnico .ν. ſcribitur nauem inſtructam & paratam in aqua ſignificat, vt videbis apud Plutarchum in Antonio, in hæc verba, ἀντώνιος δὲ, ἅμα ἡμέρᾳ τῶν πολεμίων ἐπιπλεόντων, φοβηθεὶς μὴ τῶν ἐπιβατῶν ἐρήμους ἕλωσι τὰς ναῦς, τοὺς μὲν ἐρέτας ὁπλίσας ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων παρέταξεν ὄψεως ἕνεκα: τοὺς δὲ ταρσοὺς τῶν νεῶν ἐγείρας καὶ πτερώσας ἑκατέρωθεν, ἐν τῷ στόματι περὶ τὸ ἄκτιον ἀντιπρώρους συνεῖχε, ὡς ἐνήρεις καὶ παρεσκευασμένας ἀμύνεσθαι. Id eſt, Antonius autem, cum prima luce adnauigarent hoſtes, veritus ne propugnatoribus deſtitutas naues caperent, remiges armari iuſſit, eóſque in cataſtromate in ſpeciem diſpoſuit vt viderentur: remos autem qua parte lati ſunt, erigi iubens & arrigi vtrinque, ad Actii fauces obuerſas continebat naues, tanquam inſtructas & paratas ad decertandum. Quo loco ἐνήρεις ipſe intepretatur cum καὶ παρεσκευασμένας ſubdit: quod Suidas non videtur intellexiſſe. Idē in Bruto, μὴ ναῦν ἐνήρη, μὴ στρατιώτην ἕνα, μὴ πόλιν ἔχοντες. Id eſt, Non inſtructā nauem, nō militem vllum, non ciuitatem denique habentes. Et in Sylla, μιθριδάτης μὲν ἔχων ναῦς αὐτόθι διακοσίας ἐνήρεις. Id eſt, Mithridates quidē illic naues habens remigio inſtructas ducentas. Herodotus ἐν οὐρανίᾳ κρατῆρες dixit, καὶ εἶχε πλοῖον κρατῆρες ἕτοιμον, εἰ πλεύσειε ὁ ναυτικὸς στόλος. Id eſt, Et habebat nauem ınſtructam & paratam, ſi fortè maritimus excercitus moueretur. Euripides in Iphigenia in Tauris,

Κἀνταῦθ' ὁρῶμεν ἑλλάδος νεὼς σκάφος

2008 Ministerio de Cultura

ταρσῷ κρατῆρει πίτυλον ἐπιδρωμένον

ναύτας τε πεντήκοντ᾽ ἐπὶ σκαλμῶν, πλάτας

ἔχοντας. Polybius in primo aliter locutus est, vt videbis, αἱ δὲ νῆες τοῦ στόματος ἐξ ἀμφοῖν τοῖν μεροῖν ἐφ᾽ ὅσον ἦν δυνατὸν ἔγγιστα τοῖς τενάγεσι προσάγειν ἐπεῖχον ἐπτερωκυίας πρὸς τὴν ἐμβολὴν καὶ σύλληψιν τῆς ἐκπλεῖν μελλούσης νεώς. Id est, Naues autem quæ in faucibus erant vtrinque quàm proximè ad paludes accedi poterat, expectabant remigio instructæ, ad irruendum in nauem eam quæ exitura erat, atque ad eam capiēdam paratæ. Latini aptas instructásque remigio vocant. Liuius decadis tertiæ libro primo, Classis præterea data ad tuendam maritimam oram: quia qua parte bellè vicerāt, ea tum quoque rem gesturos Romanos credi poterat, quinquaginta quinqueremes, quadriremes duæ, triremes quinque, sed aptæ instructæque remigio triginta & duæ quinqueremes erant, & triremes quinque. τριηρημιολίας videmus factā mētionem ab Athenæo in quinto, & mediussidius sæpenumero dubitaui quodnam id esset nauigii genus. Hæc idem esse queat, cum iis quas Polybius ἡμιολίους ναῦς vocat: Appianus vero ἡμιολίας: etiamsi idē Polybiꝰ libro XVI. τριηρημιολίας vocet eas (opinor) quæ non tot remis agerentur, quot iustæ triremes: ait enim, μετὰ δὲ τούτων ἐννέα τριηρημιολίαι καὶ τριήρεις τρεῖς ὑπῆρχον. Id est, Cum his autem nouem trieremioliæ & triremes tres erant. Appianus certe in procemio eas videtur ponere infra magnitudinem iustarum

2008 Ministerio de Cultura

triremium, dum ait, τριήρεις δὲ ἀφ᾽ ἡμιολίας μέχρι πεντήρους πεντακόσιαι καὶ χίλιαι. Id eſt, Triremes autẽ ab hemiolia vſque ad quinqueremem mille quingentæ: vt ἡμιόλιαι eſſent biremes quidem, ſed quæ à puppi ad malũ vſque binis remis, à malo ad proram vnico tantum agerentur: vt hodie quoque videre eſt in nonnullis earum, quas fuſtas Veneti vocant. Tu lector ſiquid noſti rectius iſtis, candidus imperti: mea enim eſt coniectura. Tibi poſſũ proferre ſcripta authorum, qui huiuſce rei mẽtionem fecere: quibus legendis, poteris fortaſſe meliora afferre, certiúſque iudicium hac de re facere. ſed Appianum videamus, ναυσὶ δ᾽ ἐφέροντο, πεντήκοντα μὲν πεντήρεσι, ἑκατὸν δὲ ἡμιολίαις: ἀφράκτοις δὲ, καὶ κερκούροις, καὶ στρογγύλοις πολλοῖς. Id eſt, Ferebantur autem nauibus, quinqueremibus quidem quinquaginta, hemioliis centum: apertis vero, cercuris, & onerariis com pluribus. Diodorus Siculus libro decimonono, αὐτὸς δ᾽ ἀναλαβὼν ναῦς ἡμιολίας νυκτὸς κατέπλευσε πλησίον τῆς πόλεως. Id eſt, Ipſe autẽ hemioliis nauibus ſumptis ſecundũ vrbem de nocte delatus eſt. Polybius in quinto, καταρτίσας δώδεκα μὲν καταφράκτους ναῦς, ὀκτὼ δὲ ἀφράκτους, τριάκοντα δ᾽ ἡμιολίους ἔπλει διὰ Εὐρίπου. Id eſt, Duodecim itaque conſtratis nauibus inſtructis, octo apertis, triginta autem hemiolis per Euripũ nauigabat. Quibus locis ἡμιόλους & ἡμιολίας, pro eodem fere poni exiſtimo. Sed hoc loco ſubiiciam, quæ in fragmentis Polybii ex libro decimoſexto

2008 Ministerio de Cultura

ſcriptũ legimus. Cuius quidem nobis copiam fecit Victor Fauſtus, dũ Venetiis à Rege Christianiſſimo legatus cõmorarer. Ea ſunt hæc quibus deſcribit pugnam naualem ad Chium factam inter Philippum & Attalum, vt in contextu videbis, ὁ δὲ φίλιππος τῶν μὲν κατὰ τὴν πολιορκίαν ἀντιπιπτόντων αὐτῷ, τῶν δὲ πολεμίων ἐφορμούντων πλείοσι καταφράκτοις ναυσὶν ἠπορεῖτο: καὶ δυσχερῶς διέκειτο περὶ τοῦ μέλλοντος, οὐκ ἐπιδεχομένων δὲ τῶν παρόντων αἵρεσιν, ἀνήχθη παρὰ τὴν τῶν πολεμίων προσδοκίαν. ἔτι γὰρ αὐτὸν ἤλπιζον οἱ περὶ τὸν ἄτταλον προσκαρτερήσειν τῇ τῶν μετάλλων κατασκευῇ. μάλιστα δ' ἐσπουδάκει ποιήσασθαι τὸν ἀνάπλουν αἰφνίδιον πεπεισμένος καταταχήσειν καὶ τὸ λοιπὸν ἀσφαλῶς ἤδη κομιεῖσθαι παρὰ τὴν γῆν εἰς τὴν σάμον. διεψεύσθη δὲ παρὰ πολὺ τοῖς λογισμοῖς. οἱ γὰρ περὶ τὸν ἄτταλον καὶ θεοφιλίσκον ἅμα τῷ συνιδεῖν αὐτὸν ἀναγόμενον, εἴχοντο τῶν προκειμένων εὐθέως, συνέβη δὲ τὸν ἀνάπλουν αὐτῶν γενέσθαι διαλελυμένον, ἅτε πεπεισμένων, τὸν φίλιππον καθάπερ εἶπον ἔτι μένειν ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων. οὐ μὴν ἀλλὰ χρησάμενοι ταῖς εἰρεσίαις ἐνεργῶς προσέβαλον. ἄτταλος μὲν τῷ δεξιῷ καὶ καθηγουμένῳ τῶν πολεμίων, θεοφιλίσκος δὲ τοῖς εὐωνύμοις. φίλιππος δὲ περικαταλαμβανόμενος τοῖς καιροῖς δοὺς τὸ σύνθημα τοῖς ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ, καὶ παραγγείλας ἀντιπρῴρους ποιεῖν τὰς ναῦς καὶ συμπλέκεσθαι τοῖς πολεμίοις ἐρρωμένως, αὐτὸς ὑπὸ τὰς νησίδας ἀναχωρήσας μετὰ τῶν λέμβων, τὰς μεταξὺ τοῦ πόρου κειμένας, ἀπεκαραδόκει τὸν κίνδυνον. ἦν δὲ τῶν μὲν τοῦ φιλίππου νεῶν τὸ πλῆθος τὸ συγκαταστὰν εἰς τὸν ἀγῶνα κατάφρακτοι τρεῖς καὶ πεντήκοντα, σὺν δὲ τούτοις ἄφρακτοι· λέμβοι δὲ σὺν ταῖς πρίστεσιν ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα, τὰς γὰρ ἐν τῇ σάμῳ ναῦς οὐκ ἠδυνήθη καταρ-

2008 Ministerio de Cultura

ἴσαι πᾶσαι. τὰ δὲ τῶν πολεμίων σκάφη κατάφρακτα μὲν ἦν ἑξήκοντα καὶ πέντε σὺν τοῖς τῶν βυζαντίων· μετὰ δὲ τούτων ἐννέα τριημιολίαι καὶ τριήρεις τρεῖς ὑπῆρχον. λαβούσης δὲ τὴν καταρχὴν τῆς ναυμαχίας, ἐκ τῆς ἀττάλου νεὼς εὐθέως πάντες οἱ σύνεγγυς ἀπαραγγέλτως συνέβαλλον ἀλλήλοις. ἄτταλος μὲν οὖν συμπεσὼν ὀκτήρει καὶ προεμβαλὼν ταύτῃ καιρίαν καὶ ὕφαλον πληγὴν, ἐπὶ πολὺ τῶν ἐπὶ τοῦ καταστρώματος ἀγωνισαμένων, τέλος ἐβύθισε τὴν ναῦν. ἡ δὲ τοῦ φιλίππου δεκήρης, ναυαρχὶς οὖσα, παραλόγως ἐγένετο τοῖς ἐχθροῖς ὑποχείριος, ὑποπεσούσης γὰρ αὐτῇ τριημιολίας, ταύτῃ δοῦσα πληγὴν βιαίαν κατὰ μέσον τὸ κύτος ὑπὸ τὸν θρανίτην σκαλμὸν, ἐδέθη, τοῦ κυβερνήτου τὴν ὁρμὴν τῆς νεὼς οὐκέτι δυνηθέντος ἀναλαβεῖν. διὸ καὶ προσκρεμαμένου τοῦ πλοίου αὐτῆς ἐδυσχρηστεῖτο, καὶ δυσκίνητος ἦν πρὸς πᾶν, ἐν ᾧ καιρῷ δύο πεντήρεις προσπεσοῦσαι καὶ τρώσασαι τὴν ναῦν ἐξ ἀμφοῖν τοῖν μεροῖν καὶ τὸ σκάφος καὶ τοὺς ἐπιβάτας τοὺς ἐν αὐτῷ διέφθειραν, ἐν οἷς ἦν καὶ δημοκράτης ὁ τοῦ φιλίππου ναύαρχος. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν διονυσόδωρος καὶ δεινοκράτης ὄντες ἀδελφοὶ καὶ ναυαρχοῦντες παρ' ἀττάλῳ, συμπεσόντες ὁ μὲν ἑπτήρει τῶν πολεμίων, ὁ δ' ὀκτήρει, παραβόλως ἐχρήσαντο τῇ ναυμαχίᾳ, δεινοκράτης μὲν πρὸς ὀκτήρη συμπεσὼν, αὐτὸς μὲν ἔξαλον ἔλαβε τὴν πληγὴν ἀνάστειρον τῆς νεὼς οὔσης, τὴν δὲ τῶν πολεμίων τρώσας ναῦν ὑποταβίαχα, τὸ μὲν πρῶτον οὐκ ἐδύνατο χωρισθῆναι καίπερ πολλάκις ἐπιβαλόμενος πρύμναν κρούειν, διὸ καὶ τῶν μακεδόνων εὐψύχως ἀγωνιζομένων εἰς τὸν ἔσχατον παρεγίνετο κίνδυνον. ἀττάλου δὲ ἐπιβοηθήσαντος αὐτῷ, καὶ διὰ τῆς εἰς τὴν πολεμίαν ναῦν ἐμβολῆς λύσαντος τὴν συμπλοκὴν τῶν σκαφῶν, ὁ μὲν δεινοκράτης ἀπελύθη παραδόξως, οἱ δὲ τῆς πολεμίας νεὼς ἐπιβάται πάντες εὐψύχως διαγωνισάμενοι διεφθάρησαν, τὸ δὲ σκάφος

2008 Ministerio de Cultura

ἔρημον ἀποληφθὲν, ὑποχείριον ἐγένετο τοῖς περὶ τὸν ἄτταλον. ὁ δὲ διονυσόδωρος μετὰ βίας ἐπιφερόμενος εἰς ἐμβολὴν, αὐτὸς μὲν ἥμαρτεν τοῦ φθάσαι, παραπεσὼν δὲ τοῖς πολεμίοις, ἀπέβαλε τὸν δεξιὸν ταρσὸν τῆς νεὼς, ὁμοῦ συῤῥαγνύντων καὶ τῶν πυργούχων, οὗ γενομένου περιέστησαν αὐτὸν πανταχόθεν οἱ πολέμιοι, κραυγῆς δὲ καὶ θορύβου γινομένου, τὸ μὲν λοιπὸν πλῆθος τῶν ἐπιβατῶν ἅμα τῷ σκάφει διεφθάρη, τρίτος δ᾽ αὐτὸς ὁ διονυσόδωρος ἀπενήξατο πρὸς τὴν ἐπιβοηθοῦσαν αὐτῷ τριημιολίαν. τῶν δὲ λοιπῶν νεῶν τοῦ πλήθους ὁ κίνδυνος ἐφάμιλλος ἦν, καθάπερ γὰρ ἐπλεόναζον οἱ παρὰ τοῦ φιλίππου λέμβοι, κατὰ τοσοῦτον ἀνέφερον οἱ περὶ τὸν ἄτταλον τῷ τῶν καταφράκτων νεῶν πλήθει, καὶ τὰ μὲν περὶ τὸ δεξιὸν κέρας τοῦ φιλίππου, τοιαύτην εἶχε τὴν διάθεσιν, ὥστ᾽ ἀκμὴν ἄκριτα μένειν τὰ ὅλα, πολὺ δὲ τοὺς περὶ τὸν ἄτταλον ὑπερκυδεστέρας ἔχειν τὰς ἐλπίδας, οἱ δὲ ῥόδιοι κατὰ μὲν τὰς ἀρχὰς εὐθέως ἐκ τῆς ἀναγωγῆς ἀπεσπάσθησαν τῶν πολεμίων, καθάπερ ἀρτίως εἶπα. τῷ δὲ ταχυναυτεῖν παρὰ πολὺ διαφέροντες τῶν ἐναντίων συνῆψαν τοῖς ἐπὶ τῆς οὐραγίας μακεδόσι, καὶ τὸ μὲν πρῶτον ὑποχωροῦσι τοῖς σκάφεσιν κατὰ πρύμναν, ἐπιφερόμενοι τοὺς ταρσοὺς παρέλυον, ὡς δὲ οἱ μὲν παρὰ τοῦ φιλίππου συνεπιστρέφειν ἤρξαντο παραβοηθοῦντες τοῖς κινδυνεύουσι, τῶν δὲ ῥοδίων οἱ καθυστεροῦντες ἐκ τῆς ἀναγωγῆς συνῆψαν τοῖς περὶ τὸν θεοφιλίσκον, τότε κατὰ πρόσωπον ἀντιπρῴρους, τάξαντες τὰς ναῦς, ἀμφότεροι συνέβαλον εὐψύχως ὁμοῦ ταῖς σάλπιγξι καὶ τῇ κραυγῇ παρακαλοῦντες ἀλλήλους. εἰ μὲν οὖν μὴ μεταξὺ τῶν καταφράκτων νεῶν ἔταξαν οἱ μακεδόνες τοὺς λέμβους, ῥᾳδίαν ἂν καὶ σύντομον ἔλαβε κρίσιν ἡ ναυμαχία: νῦν δὲ ταῦτ᾽ ἐμπόδια πρὸς τὴν χρείαν τοῖς ῥοδίοις ἐγίνετο. κατὰ πολλοὺς τρόπους, μετὰ γὰρ τὸ κινηθῆναι τὴν ἐξ ἀρχῆς τάξιν ἐκ τῆς πρώτης συμβολῆς πάντες ἦσαν ἀναμὶξ ἀλλή-

2008 Ministerio de Cultura

λοις· ὅθεν οὔτε διεκπλεῖν δυσχερῶς, οὔτε στρέφειν ἐδύναντο τὰς ναῦς, οὔτε καθόλου χρῆσθαι τοῖς ἰδίοις προτερήμασιν. ἐμπιπτόντων αὐτοῖς τῶν λέμβων ποτὲ μὲν εἰς τοὺς ταρσοὺς, ὥστε δυσχρηστεῖν ταῖς εἰρεσίαις· ποτὲ δὲ πάλιν εἰς τὰς πρῴρας, ἔστι δ᾽ ὅτε κατὰ πρύμναν· ὥστε παραποδίζεσθαι καὶ τὴν τῶν κυβερνητῶν, καὶ τὴν τῶν ἐρετῶν χρείαν· κατὰ δὲ τὰς ἀντιπρῴρους συμπτώσεις, ἐποίουν τι τεχνικόν· αὐτοὶ μὲν γὰρ ἔμπρωρα τὰ σκάφη ποιοῦντες ἐξάλους ἐλάμβανον τὰς πληγάς· τοῖς δὲ πολεμίοις ὕφαλα τὰ τραύματα διδόντες ἀβοηθήτους ἐσκεύαζον τὰς πληγάς· σπανίως δ᾽ εἰς τοῦτο συγκατέβαινον· καθόλου γὰρ ἐξέκλινον τὰς συμπλοκὰς διὰ τὸ γενναίως ἀμύνασθαι τοὺς μακεδόνας ἀπὸ τῶν καταστρωμάτων ἐν ταῖς συστάδην γιγνομέναις μάχαις. τὸ δὲ πολὺ κατὰ μὲν τοὺς διέκπλους, παρασύροντες τῶν πολεμίων νεῶν τοὺς ταρσοὺς ἠχρείουν, μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ἐκπεριπλέοντες καὶ τοῖς μὲν κατὰ πρύμναν ἐμβάλλοντες, τοῖς δὲ πλαγίοις καὶ στρεφομένοις ἀκμὴν προσπίπτοντες, οὓς μὲν ἐτίτρωσκον, οἷς δὲ παρέλυον ἀεί τι τῶν πρὸς τὴν χρείαν ἀναγκαίων. καὶ δὴ τῷ τοιούτῳ τρόπῳ μαχόμενοι, παμπληθεῖς τῶν πολεμίων ναῦς διέφθειραν. ἐπιφανέστατα δὲ ἐκινδύνευσαν τρεῖς πεντήρεις τῶν ῥοδίων, ἥ τε ναυαρχὶς ἐφ᾽ ἧς ἔπλει θεοφιλίσκος· μετὰ δὲ ταύτην, ἧς ἐτριηράρχει φιλόστρατος· τρίτη δὲ, ἣν ἐκυβέρνα μὲν αὐτόλυκος, ἐπέπλει δὲ νικόστρατος. ταύτης γὰρ ἐμβαλούσης εἰς πολεμίαν ναῦν, καὶ καταλιπούσης ἐν τῷ σκάφει τὸ ἔμβολον, συνέβη τὴν μὲν πληγεῖσαν αὔτανδρον καταδῦναι. τοὺς δὲ περὶ τὸν αὐτόλυκον εἰσρεούσης εἰς τὴν ναῦν τῆς θαλάττης διὰ τῆς πρῴρας κυκλωθέντας ὑπὸ τῶν πολεμίων, τὰς μὲν ἀρχὰς ἀγωνίζεσθαι γενναίως· τέλος δὲ τὸν μὲν αὐτόλυκον ἐκπεσεῖν τρωθέντα μετὰ τῶν ὅπλων εἰς τὴν θάλατταν, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐπιβάτας ἀποθανεῖν μαχομένους γενναίως. ἐν ᾧ καιρῷ θεοφιλίσκος βοηθήσας μετὰ τριῶν πεντήρων, τὴν μὲν ναῦν οὐκ ἠδυνήθη σῶσαι,

2008 Ministerio de Cultura

διὰ τὸ πλήρη θαλάττης εἶναι· δύο δὲ ναῦς πολεμίας φράξας, τοὺς ἐπιβάτας ἐξέβαλε. ταχὺ δὲ περιχυθέντων αὐτῷ λέμβων πλοίων, καὶ καταφράκτων νεῶν, τοὺς μὲν πλείστους ἀπέβαλε τῶν ἐπιβατῶν ἐπιφανῶς ἀγωνισαμένους· αὐτὸς δὲ τρία τραύματα λαβὼν καὶ παραβόλως τῇ τόλμῃ κινδυνεύσας, μόλις ἐξέσωσε τὴν ἰδίαν ναῦν. ἐπιβοηθήσαντος αὐτῷ Φιλοστράτου καὶ συναναδεξαμένου τὸν ἐνεστῶτα κίνδυνον εὐψύχως, συνάψας δὲ τοῖς αὐτοῦ σκάφεσι πάλιν ἐξ ἄλλης ὁρμῆς συνεπλέκετο τοῖς πολεμίοις, τῇ μὲν σωματικῇ δυνάμει παραλυόμενος ὑπὸ τῶν τραυμάτων, τῇ δὲ τῆς ψυχῆς γενναιότητι λαμπρότερος ὢν καὶ παραστατικώτερος ἢ πρόσθεν. συνέβη δὲ δύο γενέσθαι ναυμαχίας, πολὺ διεστώσας ἀλλήλων. τὸ μὲν γὰρ δεξιὸν κέρας τοῦ Φιλίππου κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν, ἀεὶ τῆς γῆς ὀρεγόμενον, οὐ μακρὰν ἀπεῖχε τῆς Ἀσίας· τὸ δ' εὐώνυμον διὰ τὸ παραβοηθῆσαι τοῖς περὶ τὴν οὐραγίαν ἐξ ἀποστροφῆς, οὐ πολὺ τῆς Χίας ἀπέχον ἐναυμάχει τοῖς Ῥοδίοις. οὐ μὴν ἀλλὰ παρὰ πολὺ τοῦ δεξιοῦ κέρατος κατακρατούντων τῶν περὶ τὸν Ἄτταλον, καὶ συνεγγιζόντων ἤδη πρὸς τὰς νησίδας, ὑφ' αἷς ὁ Φίλιππος ὥρμει καραδοκῶν τὸ συμβησόμενον, συνιδὼν Ἄτταλο μίαν πεντήρη τῶν ἰδίων ἐκτὸς τοῦ κινδύνου τετρωμένην καὶ βαπτιζομένην ὑπὸ νεὼς πολεμίας, ὥρμησε παραβοηθήσων ταύτῃ μετὰ δύο τετρήρων, τοῦ δὲ πολεμίου σκάφους ἐγκλίναντος, καὶ ποιουμένου τὴν ἀποχώρησιν ὡς πρὸς τὴν γῆν, ἐπέκειτο φιλοτιμότερον ἐγκρατὴς γενέσθαι σπουδάζων τῆς νεώς. ὁ δὲ Φίλιππος συνθεασάμενος ἀπεσπασμένον πολὺ τὸν Ἄτταλον ἀπὸ τῶν ἰδίων, παραλαβὼν τέτταρας πεντήρεις καὶ τρεῖς ἡμιολίας, ἔτι δὲ τῶν λέμβων τοὺς ἐγγὺς ὄντας ὥρμησεν. καὶ διακλείσας τὸν Ἄτταλον ἀπὸ τῶν οἰκείων νεῶν, ἠνάγκασε μετὰ μεγάλης ἀγωνίας εἰς τὴν γῆν ἐκβαλεῖν τὰ σκάφη. τούτου δὲ συμβάντος, αὐτὸς μὲν ὁ βασιλεὺς μετὰ

2008 Ministerio de Cultura

τῶν πληρωμάτων, εἰς τὰς ἐρυθρὰς ἀποχώρησιν, τῶν δὲ πλοίων καὶ τῆς βασιλικῆς παρασκευῆς ἐγκρατὴς ὁ φίλιππος ἐγένετο, καὶ γὰρ ἐποίησέ τι τεχνικὸν ἐν τούτοις τοῖς καιροῖς οἱ περὶ τὸν ἄτταλον, τὰ γὰρ ἐπιφανέστατα τῆς βασιλικῆς παρασκευῆς ἐπὶ τὸ κατάστρωμα τῆς νεὼς ἐξέβαλον, ὅθεν οἱ πρῶτοι τῶν μακεδόνων συνάψαντες ἐν τοῖς λέμβοις συνθεασάμενοι ποτηρίων πλῆθος, καὶ πορφυρῶν ἱματίων, καὶ τῶν τούτοις παρεπομένων σκευῶν, ἀφέμενοι τοῦ διώκειν ἀπένευσαν ἐπὶ τὴν τούτων ἁρπαγήν, διὸ συνέβη τὸν ἄτταλον ἀσφαλῆ ποιήσασθαι τὴν ἀποχώρησιν εἰς τὰς ἐρυθράς, φίλιππος δὲ τοῖς μὲν ὅλοις ἐλαττώμενος παραπολὺ τὴν ναυμαχίαν, τῇ δὲ περιπετείᾳ τῇ κατὰ τὸν ἄτταλον ἐπαρθεὶς ἐπανέπλει, καὶ πολὺς ἦν συναθροίζων τὰς σφετέρας ναῦς, καὶ παρακαλῶν τοὺς ἄνδρας εὐθαρσεῖς εἶναι, διότι νικῶσι τῇ ναυμαχίᾳ, καὶ γὰρ ὑπέδραμέ τις ἔννοια καὶ πιθανότης, τοῖς ἀνθρώποις, ὡς ἀπολωλότος τοῦ ἀττάλου διὰ τὸ κατάγειν τοὺς περὶ τὸν φίλιππον ἀναδεδεμένους τὴν βασιλικὴν ναῦν. ὁ δὲ διονυσόδωρος ὑπονοήσας τὸ περὶ τὸν αὐτοῦ βασιλέα γεγονός, ἤθροιζε τὰς οἰκείας ναῦς ἐξαίρων σύνθημα. ταχὺ δὲ συλλεχθεισῶν πρὸς αὐτόν, ἀπέπλει μετ᾽ ἀσφαλείας εἰς τοὺς κατὰ τὴν ἀσίαν ὅρμους. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν οἱ πρὸς τοὺς ῥοδίους ἀγωνιζόμενοι τῶν μακεδόνων, πάλαι κακῶς πάσχοντες, ἐξέλυον αὐτοὺς ἐκ τοῦ κινδύνου μετὰ προφάσεως κατὰ μέρη ποιούμενοι τὴν ἀποχώρησιν, ὡς ταῖς οἰκείαις συνδιδόντες ἐπικουρῆσαι ναυσίν, οἱ δὲ ῥόδιοι τὰς μὲν ἀναδησάμενοι τῶν νεῶν, τὰς δὲ προσδιαφθείραντες ταῖς ἐμβολαῖς, ἀπέπλευσαν εἰς τὴν χίον. ἐφθάρησαν δὲ τοῦ μὲν φιλίππου νῆες, ἐν μὲν τῇ πρὸς ἄτταλον ναυμαχίᾳ δεκήρης, ἐννήρης, ἑπτήρης, ἑξήρης, τῶν δὲ λοιπῶν κατάφρακτοι μὲν δέκα, καὶ τριημιόλιαι τρεῖς. λέμβοι δὲ πέντε καὶ εἴκοσι. καὶ τὰ τούτων πληρώματα, ἐν δὲ τῇ πρὸς ῥοδίους διεφθάρησαν

2008 Ministerio de Cultura

κατάφρακτοι μὲν δέκα, λέμβοι δὲ περὶ πεντήκοντα τὸν ἀ-
ριθμόν, ἥλωσαν δὲ δύο τετρήρεις, καὶ λέμβοι σὺν τοῖς πληρώμα-
σιν ἑπτά. τῶν δὲ περὶ ἄτταλον κατέδυσαν τριημιολία μία,
καὶ δύο πεντήρεις, καὶ τὸ τοῦ βασιλέως σκάφος. τῶν δὲ ῥοδίων
διεφθάρησαν μὲν δύο πεντήρεις, καὶ τριήρεις. ἥλω δ' οὐδέν. ἄν-
δρες δὲ τῶν μὲν ῥοδίων ἀπέθανον εἰς ἑξήκοντα, τῶν δὲ παρὰ
ἀττάλου ὡς ἑβδομήκοντα. τῶν δὲ τοῦ φιλίππου, μακεδόνες μὲν
εἰς τρισχιλίους, τῶν δὲ πληρωμάτων εἰς ἑξακισχιλίους, ἑάλωσαν
δὲ ζωγρία, τῶν μὲν συμμάχων καὶ μακεδόνων εἰς δισχιλίους,
τῶν δ' αἰγυπτίων εἰς ἑπτακοσίους, καὶ τὸ μὲν τέλος τῆς περὶ χί-
ον ναυμαχίας, τοιοῦτον συνέβη γενέσθαι. τῆς δὲ νίκης ὁ φίλιππος
ἀντεποιεῖτο κατὰ δύο προφάσεις, κατὰ μίαν μὲν ἢ τὸν ἄτταλον εἰς
τὴν γῆν ἐμβαλὼν ἐγκρατὴς τῆς νεὼς ἐγεγόνει. καθ' ἑτέραν δὲ ἢ κα-
θορμισθεὶς ἐπὶ τὸ καλούμενον ἀργέννον ἐδόκει πεποιῆσθαι τὸν ὅρ-
μον ἐπὶ τῶν ναυαγίων, ἀκόλουθα δὲ τούτοις ἔπραττεν καὶ κατὰ τὴν
ἑξῆς ἡμέραν, συνάγων τὰ ναυάγια. καὶ τῶν νεκρῶν ποιούμενος
ἀναίρεσιν τῶν ἐπιγινωσκομένων. χάριν τοῦ συναύξειν τὴν προειρη-
μένην φαντασίαν, ὅτι γὰρ οὐδ' αὐτὸς ἐπέπειστο νικᾶν, ἐξήλεγξαν αὐ-
τὸν οἵ τε ῥόδιοι καὶ διονυσόδωρος μετ' ὀλίγον. κατὰ γὰρ τὴν ἐπιοῦσαν
ἡμέραν ἔτι περὶ ταῦτα γινομένου τοῦ βασιλέως. διαπεμψάμε-
νοι πρὸς ἀλλήλους, ἐπέπλευσαν αὐτῷ, καὶ στήσαντες ἐν μετώπῳ τὰς
ναῦς οὐδενὸς ἐπ' αὐτοὺς ἀντανηγμένου, πάλιν ἀπέπλευσαν εἰς
τὴν χίον. ὁ δὲ φίλιππος οὐδέποτε τοσούτους ἄνδρας ἀπολωλεκώς,
οὔτε κατὰ θάλατταν ἐνὶ καιρῷ, βαρέως μὲν ἔφερε τὸ γεγονός, καὶ
τὸ πολὺ τῆς ὁρμῆς αὐτοῦ παρῄρητο. πρὸς μέντοιγε τοὺς ἐκτὸς ἐπει-
ρᾶτο κατὰ πάντα τρόπον ἐπικρύπτεσθαι τὴν αὐτοῦ διάληψιν. καί-
περ οὐκ ἐόντων αὐτῶν τῶν πραγμάτων, χωρὶς γὰρ τῶν ἄλλων. καὶ
τὰ μετὰ τὴν μάχην συμβαίνοντα πάντας ἐξέπληττε τοὺς θεω-

2008 Ministerio de Cultura

μένους. γενομένης γὰρ τοσαύτης φθορᾶς ἀνθρώπων, παρ' αὐτὸν μὲν τὸν καιρὸν πᾶς ὁ πόρος ἐπληρώθη νεκρῶν, αἵματος, ὅπλων, ναυαγίων. ταῖς δ' ἑξῆς ἡμέραις τοὺς αἰγιαλοὺς ἦν ἰδεῖν φύρδην σεσωρευμένους ἀναμὶξ πάντων τῶν προειρημένων. ἐξ ὧν οὐ μόνον αὐτός, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ μακεδόνες εἰς διατροπὴν ἐνέπιπτον οὐ τὴν τυχοῦσαν. θεοφιλίσκος δὲ μίαν ἡμέραν ἐπιβιώσας. καὶ τῇ πατρίδι γράψας ὑπὲρ τῶν κατὰ τὴν ναυμαχίαν, καὶ κλεωναῖον ἡγεμόνα συστήσας ἀνθ' ἑαυτοῦ ταῖς δυνάμεσι, μετήλλαξε τὸν βίον ἐκ τῶν τραυμάτων, ἀνὴρ καὶ κατὰ τὸν κίνδυνον ἀγαθὸς γενόμενος, καὶ κατὰ τὴν προαίρεσιν μνήμης ἄξιος, μὴ γὰρ ἐκείνου τολμήσαντος προεπιβαλεῖν τῷ φιλίππῳ τὰς χεῖρας, πάντες ἂν καταπροεῖντο τοὺς καιρούς, δεδιότες τὴν τοῦ φιλίππου τόλμαν: νῦν δ' ἐκεῖνος ἀρχὴν πολέμου ποιήσας, ἠνάγκασε μὲν τὴν αὑτοῦ πατρίδα συνεξαναστῆναι τοῖς καιροῖς. ἠνάγκασε δὲ τὸν ἄτταλον μὴ μέλλειν καὶ παρασκευάζεσθαι τὰ πρὸς τὸν πόλεμον. ἀλλὰ πολεμεῖν ἐρρωμένως, καὶ κινδυνεύειν. τοιγαροῦν εἰκότως αὐτὸν οἱ ῥόδιοι καὶ μεταλλάξαντα, τοιαύταις ἐτίμησαν τιμαῖς: δι' ὧν οὐ μόνον τοὺς ζῶντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπιγινομένους ἐξεκαλέσαντο πρὸς τοὺς ὑπὲρ τῆς πατρίδος καιρούς. Id eſt, Philippus autem cum in obſidione multa ſibi aduerſari videret, hoſtes etiã cum multis conſtratis nauibus haud procul in ſtatione eſſent, animi pẽdebat, nec ſatis proſpiciebat, quid ſibi potiſſimum in poſterũ faciendum foret. Cumque præſentia vtrũ vellet, eligendi facultatem adimeret, tandem naues ſoluit præter hoſtium expectationem. Attalus enim, & qui cum eo erant, ſperabant eum perlaturum obſidionem, ob apparatum metallicorũ. Curauit autem

2008 Ministerio de Cultura

maxime ſubita profectione vti, propterea quòd ſibi perſuaſiſſet ſe locum occupaturũ,& in poſterũ iam tuto peruehi ſecundũ litus ad Samũ vſq; poſſe. Opinio autem eum fefellit, quam præceperat. Attalus enim & Theophiliſcus, vbi conſpexerunt eum ſoluiſſe, ſtatim in rem præſentẽ incubuerũt. fuit autem eorum profectio nullo ordine diſpoſita: propterea quòd confiderent (vt diximus) Philippum adhuc permanere in propoſito: veruntamen vſi ſumma remigum alacritate, impetum fecerũt. Attalus ipſe in dextram partem hoſtium quæ ipſa præibat, Theophiliſcus verò in ſiniſtrã. At Philippus vidẽs ſe rei occaſione impeditum, & repente oppreſſum, dato pugnæ ſigno his qui dextra parte erant, pronunciánſque vt aduerſas naues opponerent, & cum hoſtibus acerrimè congrederentur, ipſe cum leuibus nauigiis in paruas inſulas ſe recepit, quæ in medio curſu erant: ibíque naualis prælii euentum expectabat. Erat autem numerus nauium earum, quæ cum Philippo erant, prælio aptarum, conſtratarum ad tres & quinquaginta, & cum his minora apertáque nauigia: Lembi vero cum piſtribus centum quinquaginta, eas enim naues quæ Sami erant, non potuit omnes inſtruere. Hoſtium autem naues erant, cõſtratæ quidem ſexagintaquinque cum Byzãtinis. Cum his præterea nouem trieremioliæ, triremeſque tres adſtiterãt: factóque pugnæ naualis initio ab Attali na-

2008 Ministerio de Cultura

ue, continuo omnes quæ propius aderant, nulla egentes cohortatione inter ſe concurrerunt. Attalus quidem impetum faciẽs in octerem, inferénſque ei vulnus graue, quaque aquã reciperet: cúmque diutius hi qui in cataſtromate erãt, propugnarent, tandem nauem ipſam depreſſit. At Philippi deceres quæ princeps erat, in hoſtium poteſtatem redacta eſt, ídque caſu inopinato. Nam cum in ipſam concurreret trieremiolia, hanc ictu graui, ad medium ventrem, eã partẽ qua thranites ſcalmus collocari ſolet, ſauciauit: eíque cõtinebatur, gubernatore non amplius valente retinere nauis impetum. Quare cum nauis ei adhæreſceret, valde impedita erat: nec ſatis regi flectíque poterat. Quo tempore duæ quinqueremes impetu facto duabus ex partibus eam conuulnerarunt: nauémque ipſam cum propugnatoribus depreſſerunt, & in iis Dinocratem, qui Philippi nauarchus erat. Per id etiam tempus Dionyſodorus & Dinocrates, qui fratres & ſub Attalo nauarchi erant, impetum facientes: hic quidem in hepterem hoſtium, alter vero in octerem caſu decertãdi admirabili vſi ſunt. Dinocrates quidem in octerem concurſu facto, ipſe vulnus accepit paulo ſupra aquam, cum nauis ipſa ſine ſtira eſſet: conuulnerata autem ab ſe naue hoſtium ad eam partem, qua mari demergitur, initio quidem non potuit ab ea ſe expedire, etiam ſi nõ ſemel conatus ſit inhibere. Quare cum

2008 Ministerio de Cultura

Macedones fortiſſimè ſeſe defenderẽt, extremum ferè periculum adiit. Attalo autem illi ferente auxilium, facto in hoſtilem nauem impetu, ſoluentéque naues quæ inter ſe adhæſerant, Dinocrates quidem ſic inſperatò liberatus eſt. Omnes autem hoſtilis nauis propugnatores fortiſſimè dimicantes conciſi ſunt. Nauis autem ipſa à propugnatoribus nuda relicta, in Attali poteſtatem redacta eſt. At Dionyſodorus cum magna vi incitaretur, ad confligendũ ipſe quidem vulnus inferre non potuit. Præteruectus autẽ per medios hoſtes, dextrũ nauis ſuæ remigium amiſit, ſimul cõfractis lignis quæ turres ſuſtinere ſolent. Quo cõfecto negotio, circunſteterunt eum vndiquaque hoſtes, clamore facto excitatóque tumultu. Reliqua quidẽ turba propugnatorum, ſimul cum naue periit: ipſe autem Dionyſodorus cum duobus comitibus, ad triremioliam, quæ in auxilium veniebat, adnatauit. Periculum autem reliquarum nauium vtrinque par erat: vt enim numero ſuperabãt Philippi Lembi, ſic Attalus multitudine nauium conſtratarum præſtabat. Et ſic gerebantur ea quæ ad dextrũ Philippi cornu erant, vt neutram in partem inclinata eſſet victoria: Attalus tamen niteretur meliore in poſterum ſpe. Rhodii autem initio profectionis ſeſe ab hoſtibus ſegregarunt, & vt modo dicebam celeritate nauium, cum multo præſtantiores eſſent inimicis, conflixerunt cum Macedonibus qui in

2008 Ministerio de Cultura

extrema acie erãt, primúmque nauibus in fugam cõuersis à tergo & puppi impetu facto, remos earum detersérũt. Vt autem qui cum Philippo erãt, cœperunt illuc consistere auxilium ferentes periclitantibus: Rhodiorum vero qui postremi erant, conuenerũt cum Theophilisco: tunc dispositis in aciem vtrinque aduersis nauibus conflixerũt summa alacritate, sese inuicẽ clamore tubísque cohortantes. Quòd si Macedones inter constratas naues lembos minime collocassent, naualis prælii certamen, celerem facilémque exitum habuisset. Sed ii lembi omnem vsum Rhodiis nauibus ademerũt, ídque multis modis, vbi enim primum vtrorunque cõflictu ordines commoti sunt, omnes inter se commixti erant: vnde neque facile enauigare neque naues flectere poterant, neque omnino vti iis rebus quibus superiores erant: incidentibus in eas lembis, alias quidem ad remigium, vt non facile iuuari possent opera remigum: aliàs autem in proras, interdum etiam ad puppim: vt gubernatorum, remigúmque ministerium impediretur. In oppositis verò conflictibus nonnihil ex arte com mẽti sunt. ipsi enim inclinatis nauibus in proram extra aquam vulnera accipiebãt: hostium verò naues intra aquã perforabant, quibus nulla arte mederi quis posset, raro autem id eueniebat: magnã enim partem cõcursum vitabant: propterea quòd Macedones fortiter propugnarent è catastromate

2008 Ministerio de Cultura

in præliis quæ cominus fieret: sæpius tamen prænauigando detergentes hostium remos, inhabiles reddebant, móxque circũcurrentes, in eósque qui ad puppim erãt impetu facto, obliquis autem & flectentibus irruentes, alios quidem conuulnerabant, aliis autem armamenta auferebant: & iam tali ratione decertantes, magnum numerum hostilium nauium depresserant. Celeberrime autem in periculo versatæ sunt tres quinqueremes Rhodiorum: prætoria ipsa qua vehebatur Theophiliscus: post hanc autem ea cui præerat Philostratus: tertia verò quam regebat Autolycus. ea autẽ vehebatur Nicostratus: hac enim impetum faciente in hostilem nauem, relictóque in naue hostium suæ nauis rostro, euenit vt nauis percussa cum ipsis hominibus deprimeretur: eos autem qui cum Autolyco erant, cum per proram aqua subintraret, circunuentos ab hostibus initio quidem generose decertare: tandem vero ipsum Autolycũ saucium cum armis decidere in mare: reliquos autẽ propugnatores animose pugnando occũbere. quo quidem tempore Theophiliscus auxilio adueniẽs cum tribus quinqueremibus, nauem ipsam seruare non potuit: eò quòd aqua iam oppleta esset. Conuulneratis autem duabus hostium nauibus, quarũ propugnatores præcipites dedit: statim circunfusis in eum lembis pluribus, cõstratísque nauibus magnam partem propugnatorum amisit

2008 Ministerio de Cultura

egregiè decertātium. Ipſe vero acceptis tribus vulneribus, quòd audacius in periculum rueret, vix propriā nauem ſeruare potuit, ferente illi auxiliū Philoſtrato, ſuſcipientéque in ſe præſens periculū ſumma animi alacritate. Vbi verò ſe cum ſuis nauibus coniunxit, iterum recenti impetu cum hoſtibus cōflixit. Viribus quidem corporis defectus, propter vulnera: animi autem robore clarior conſtantiórque quàm antea viſus eſt. Cōtigit autem duo fuiſſe naualia prælia multum inter ſe diſtantia. Siquidem dextrū Philippi cornu vt initio decreuerat ſemper littus appetens legénſque, nuſquā diſceſſit longe ab Aſia: ſiniſtrum verò quod auxilium tuliſſet his qui in extrema acie erant, decertabat cum Rhodiis, cum non multū abeſſet à Chio. Veruntamen cum Attalus ipſe cum ſuis dextrum Philippi cornu ſuperaſſe præclarè videretur, ipſéque Attalus iam appropinquaret inſulis, ad quas Philippus ſtationē obtinebat, expectans rei euentum, conſpicatus Attalus quinqueremem ſuorum vnam extra periculum vulneratā demergi ab hoſtili naue, feſtinauit auxilium laturus illuc proficiſci cum duabus quadriremibus. Hoſtili autem naue declinante, ſéque tanquam ad terram recipiente, promptius inſtabat, cupiēs nauem in ſuam poteſtatem redigere. Quod vbi Philippus cōſpexit, audaciúſque pergere longe à ſuis Attalum vidit, ſumptis ſecum quatuor quinqueremibus, tribúſq;

2008 Ministerio de Cultura

hemioliis, lembísque præterea qui propius erant, properauit, ſperans, quod euenit, intercipi poſſe: eúmque compulit cum magna animi anxietate ad proximum litus naues eiicere: ibíque naui relicta, Rex ipſe cũ ſociis naualibus pedibus Erythras profugit. Philippus autem nauigiorũ compos factus eſt, ſupellectilíſque regiæ. Siquidẽ ii qui cum Attalo erant in tali periculo quiddam ex arte militari commenti ſunt: lautiſſima enim quæque ex ſupellectile regia in cataſtromate & foris nauis expoſuerũt: vnde primi Macedonum, vbi ad lembos appulerunt, conſpecta in lembis poculorum multitudine, veſtéque purpurea, inſtrumentíſque quæ eius cauſa parari ſolent, miſſo perſequẽdi ſtudio in horũ prædã conuerſi ſunt. quare factũ eſt vt Attalus in Erythrarũ portũ ſine vllo impedimento ſeſe reciperet. At Philippus cum in vniuerſum toto nauali prælio inferior fuiſſet, tamen elatus caſu Attali, regreſſus eſt: magnóque ſtudio ſuis conquiſitis, nauibúſque in vnum collectis, cohortabatur ſuos vt bono animo eſſent: quãdoquidem viciſſent nauali prælio. etenim ſubierat cogitatio, & ea opinio homines inuaſerat, tanquam Attalus ipſe in fuga occubuiſſet: propterea quòd reuerteretur Philippus cum ſuis, capta religatáque regia naue. At Dionyſodorus cõiectans id, quod regi ſuo acciderat, ſublato ſigno ſuas naues cõuocauit: quibus ſtatim ad ſe collectis, tuto ſe recepit in portus

2008 Ministerio de Cultura

Aſiaticos. Sub idem tẽpus Macedones qui aduerſus Rhodios decertabant, iam diu malè mulctati ſe à periculo liberarũt: ſingulæ enim naues ſeſe recipiebant per cauſam ſubueniendi ſuis laborantibus. Rhodii verò cum nauium partẽ religaſſent, partem autem roſtris perforaſſent, ſe in Chiorum portum receperũt. Interiere autem Philippi quidem in prælio nauali, quod cum Attalo geſtũ eſt, deceres, enneres, hepteres, hexeres: reliquarũ autem conſtratæ decem, treſque triremioliæ: lembi vero viginti quinque cum ſociis naualib⁹. in prælio autem aduerſus Rhodios geſto depreſſæ ſunt cõſtratæ decem, lembi ad quadraginta. Captæ ſunt autẽ duæ quadriremes, ſeptemque lembi cum ſociis naualibus. Earũ verò quæ cum Attalo erant, depreſſerunt vnam triremioliã, duáſque quinqueremes, & regium nauigium. Rhodiorum autem interiere duæ quinqueremes & triremes: nihil verò captum fuit. homines autem occubuere Rhodiorũ quidem ad ſexaginta: at eorum qui ſub Attalo circiter ſeptuaginta: qui ſub Philippo autẽ Macedonum ad tria millia: ſociorum præterea naualium ad ſex millia: viui capti ſunt Macedonũ & ſociorum ad duo millia: AEgyptiorum autem ad ſeptingentos. Talis quidem exitus naualis prælii ad Chium fuit. Philippus autem victoriam ſibi vendicabat duabus potiſſimum de cauſis. Prima quòd Attalum in terram eiicere coegiſſet, & nauis regia

2008 Ministerio de Cultura

in ſuam veniſſet poteſtatẽ. Altera quòd ſtationem in loco, qui Argennon vocatur, habuerit inter hoſtiũ naufragia. Poſtridie quoque ſe geſſerit vt victor collectis reliquiis naufragii, ſublatíſque & receptis cadaueribus eorum qui agnoſci poterãt, vt eam opinionẽ maximè confirmaret. Rhodii nanque & Dionyſodorus haud ita multo poſt ab eodem expreſſerunt, vt nec ipſe quidem ſe victorem exiſtimaret. Poſtridie enim rege adhuc circa hæc occupato, certiores inuicem facti, vela duxerunt in ipſum. collocatíſque in frõte nauibus, nemine contra eos prodire auſo, retro abiere ad Chiũ. At Philippus, qui nunquam antea eodem tempore ne in mari quidem, tot taléſque viros amiſiſſet, caſum quidem grauiter ferebat, animúmque iam propemodum deſponderat: ad exteros tamen occultare ſenſa mẽtis omni ſtudio conabatur, etiamſi res ipſæ non ſatis id ferre patíque viderentur. Nam præter alia multa, ea ipſa quæ in prælio acciderãt, omnes qui aderant, in timorem coniecerant. Facta enim tanta hominum ſtrage, eo ipſo tempore totus locus, in quo dimicatum eſt, oppletus eſt cadaueribus, ſanguine, armis, naufragiis, & armamẽtis. Diebus autem qui proximè ſecuti ſunt, videre erat littora referta omnibus iis rebus quas retulimus, confuſè aceruatímque congeſtis. Ob quæ factum eſt vt non ſolum ipſe, ſed & omnes Macedones in grauẽ animi defectionẽ inciderint. Theo-

2008 Ministerio de Cultura

philiſcus autem cum vnum diem ſuperuixiſſet, patriæque ſcripſiſſet de caſu naualis prælii ſuffecto Clæonæo in ſui locum & exercitui præfecto, vitã cum morte commutauit, ob vulnera quæ acceperat vir qui in ipſo periculo ſe egregium præſtitit, & conſilii prouidẽtia dignus fuit, cuius memoria celebretur. Niſi enim ille anteuertiſſet impetũ facere in Philippũ omnes quidem alii occaſionem rei bene gerendæ omiſiſſent, perterriti Philippi audacia. Sed ille facto prælii initio, ciues coegit temporis occaſionẽ ſequi. Coegit & Attalum bellum non ducere, tempúſque minime terere in apparatu rerum ad bellum pertinentiũ: ſed acerrimè decertare, periculúmque præſens ſubire. Quocirca merito ipſum Rhodii fato functum talibus honoribus proſequuti ſunt, quibus non ſolum viuos & præſentes, ſed etiam poſteros prouocarent ad fortiter ſubeũda pro patria pericula. Hactenus Polybius, cuius verbis facile quis videat genera ferè omnia nauium, quæ ad belli vſum comparabantur. Quibus etiam ſolebant imponere turres ad librã, quæ ob id dictæ turritæ à Virgilio: ídque non ſolum ad proram, ſed etiam ad puppim. Appianus de bellis ciuilibus, καὶ πύργους ἐπὶ τῶν νεῶν εἶχον κατά τε πρώραν καὶ κατὰ πρύμναν. Id eſt, Et turres in nauibus habebant & ad proram, & ad puppim. Plinius libro trigeſimoſecundo, vbi de echeneide, Sed armatæ claſſes imponunt ſibi turrium propugnacula: vt

2008 Ministerio de Cultura

in mari quoque pugnetur velut è muris. Cæsar libro tertio de bello ciuili, Atque alterā nauem quæ erat ad custodiam ab Acilio posita, pluribus aggressus nauibus, in quibus ad librā fecerat turres. Virgilius in octauo,

Vnà omnes ruere, ac totum spumare reductis
Conuulsum remis, rostrísque stridentibus æquor,
Alta petunt pelago: credas innare reuulsas
Cycladas, aut montes concurrere montibus altos:
Tanta mole viri turritis puppibus instant.

Turres autem habuisse Antonianos in pugna illa nauali, quæ ad Actium facta est cum Cæsarianis, liquet ex Dione: cuius verba quoniā nondum omnibus edita sunt, ipse adscribam. Fusius enim quàm quiuis alius eorum, qui extāt authorum, ea de re scripsisse videtur: vt ipse Virgilius nihil poetarum more aut ὑπερβολικῶς de illa pugna finxisse videatur. eius autem verba sunt hæc, Αγχωμάλου οὖν ἐπιπολὺ τῆς ναυμαχίας οὔσης, καὶ μηδετέρων ὑπερέχειν πῃ δυναμένων, τέλος τοιόνδε τι ἐγένετο. ἡ κλεοπάτρα κατόπιν τῶν μαχομένων ἀποσαλεύουσα, οὐκ ἤνεγκε τὴν πολλὴν καὶ ἄκριτον τοῦ ἀδήλου μέλλησιν. ἀλλ᾽ ἀποκναισθεῖσα ἀπό τε τοῦ γυναικείου καὶ ἀπὸ τε τοῦ αἰγυπτίου, τῇ τε ἐπὶ πολὺ μετεώρῳ ἀγωνίᾳ, καὶ τῇ ἀεὶ ἐφ᾽ ἑκάτερα περιδεεῖ προσδοκίᾳ, αὐτή τε ἐς φυγὴν ἐξαπιναίως ὥρμησε, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ὑπηκόοις σημεῖον ἦρε. καὶ οὕτω τά τε ἱστία αὐτῶν εὐθὺς ἀραμένων, καὶ ἐς τὸ πέλαγος ἀφέντων, ἀνέμου τινος κατὰ τύχην φοβεροῦ συμβάντος: νομίσας ὁ ἀντώνιος, οὐχ ὑπὸ τῆς κλεοπάτρας αὐτοὺς ἐκπαραγγέλσεως, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ

2008 Ministerio de Cultura

λέους ὡς καὶ νενικημένους φεύγειν ἐφέπετό σφισιν. γιγνομένου δὲ τούτου καὶ οἱ λοιποὶ στρατιῶται καὶ ἠθύμησαν καὶ ἐταράχθησαν. καί πως ἀποδρᾶναι καὶ αὐτοὶ τρόπον τινὰ ἐθελήσαντες, οἱ μὲν τὰ ἱστία ἤγειρον: οἱ δὲ τούς τε πύργους καὶ τὰ ἔπιπλα ἐς τὴν θάλασσαν ἐρρίπτουν: ὅπως κουφίσαντες διαφύγωσι. καὶ αὐτοῖς περὶ ταῦτα ἔχουσιν, οἱ ἐναντίοι προσπεσόντες (τοὺς γὰρ φεύγοντας, καὶ ἄνευ ἱστίων ὄντες καὶ πρὸς τὴν ναυμαχίαν μόνην παρεσκευασμένοι, οὐκ ἐπεδίωξαν) πολλοί τε ἑκάστῃ νηΐ, καὶ ἕκαθεν καὶ ἐν χρῷ ἐμάχοντο: ὥστε καὶ ποικιλώτατον καὶ ὀξύτατον ἐπ' ἀμφοτέρων ὁμοίως τὸν ἀγῶνα γενέσθαι. οἱ μὲν γὰρ τά τε κάτω τῶν νεῶν πάντα πέριξ ἐκακούργουν, καὶ τὰς κώπας συνέθραυον, τά τε πηδάλια ἀπήραττον: καὶ ἐπαναβαίνοντες ἐπὶ τὰ καταστρώματα, τοὺς μὲν κατέσπων ἀντιλαμβανόμενοι, τοὺς δὲ ἐώθουν, τοῖς δὲ ἐμάχοντο, ἅτε καὶ ἰσοπληθεῖς αὐτοῖς ἤδη ὄντες. οἱ δὲ τοῖς τε κοντοῖς σφᾶς διωθοῦντο, καὶ ταῖς ἀξίναις ἔκοπτον: πέτρας τε καὶ ἄλλους τινὰς ὄγκους ἐπ' αὐτὸ τοῦτο παρεσκευασμένους, ἐπικατέβαλλον: καὶ τούς τε ἀναβαίνοντας ἀπεκρούοντο, καὶ τοῖς ἐς χεῖρας ἰοῦσι συνεφέροντο. εἴκασεν ἄν τις ἰδὼν τὰ γιγνόμενα, ὡς μικρὰ μεγάλοις ὁμοιῶσαι, τείχεσί τισιν, ἢ καὶ νήσοις πολλαῖς καὶ πυκναῖς, ἐν θαλάσσῃ πολιορκουμέναις. οὕτω οἱ μὲν ἐπιβῆναί τε σκαφῶν, ὥσπερ ἐπ' ἠπείρου, καὶ ἐρύματός τινος ἐπειρῶντο: καὶ πάντα τὰ ἐς τοῦτο φέροντα σπουδῇ προσῆγον. οἱ δὲ ἀπεωθοῦντο αὐτούς, ὅτι ποτὲ ἐν τῷ τοιούτῳ φιλεῖ δρᾶσθαι, μηχανώμενοι. ἀντιπάλως οὖν αὐτῶν μαχομένων, ὁ Καῖσαρ ἀπορήσας ὅτι πράξῃ, πῦρ ἐκ τοῦ στρατοπέδου μετεπέμψατο: πρότερον μὲν γὰρ οὐκ ἠθέλησεν αὐτῷ, ὅπως τὰ χρήματα περιποιήσηται, χρήσασθαι. τότε δὲ ἰδὼν ὅτι ἀδύνατόν οἱ εἴη ἄλλως προσκρατῆσαι: ἐπ' ἐκεῖνο, ὡς καὶ μόνον σφίσιν ἐπικουρῆσον, κατέφυγε. κἀνταῦθα ἄλλο αὖ εἶδος μάχης συν-

2008 Ministerio de Cultura

ἠνέχθη. οἱ μὲν γὰρ πολλαχῇ ἅμα προσπλέοντές τισι, βέλη τε πυρφόρα ἐπ' αὐτοὺς ἐξετόξευον· καὶ λαμπάδας ἐκ χειρὸς ἐπηκόντιζον· καί τινας καὶ χυτρίδας ἀνθράκων, καὶ πίττης πλήρεις πόρρωθεν μηχαναῖς ἐπερρίπτουν. οἱ δὲ ταῦτά τε ὡς ἕκαστα διεκρούοντο. καὶ ἐπειδή τινα αὐτῶν διεκπίπτοντα τῶν ξύλων ἥπτετο, καὶ φλόγα αὐτίκα πολλὴν, ἅτε ἐν νηὶ ἤγειρε· τὸ μὲν πρῶτον τῷ ποτίμῳ ὕδατι, ᾧ ἐπεφέροντο, ἐχρῶντο· καί τινα κατέσβεσαν. ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνο κατηναλώθη, ἤντλουν τὸ θαλάττιον· καὶ οἱ μὲν πολλῷ τε καὶ ἀθρόῳ αὐτῷ ἐχρῶντο, ἐπεῖχόν πως τῇ βίᾳ τὸ πῦρ. ἀδύνατοι δὲ πανταχῇ τοῦτο ποιεῖν ὄντες, ὅτι γὰρ πολλὰ ἢ καὶ μεγάλα τὰ ἀντλητήρια εἶχον, καὶ ἡμίσεα αὐτὰ, ἅτε ταραττόμενοι ἀνέφερον. οὐχ ὅσον οὐκ ὠφελοῦντό τι· ἀλλὰ καὶ προσπαρώξυνον αὐτό. ἡ γὰρ ἅλμη ἡ θαλαττία, ἂν κατ' ὀλίγον ἐπιχέηται φλογὶ, ἰσχυρῶς αὐτὴν ἐκκαίει. ὡς οὖν καὶ ἐν τούτῳ ἥττους ἐγίγνοντο, τά τε ἱμάτια αὐτῶν τὰ παχέα, καὶ τοὺς νεκροὺς ἐπέβαλλον. καὶ χρόνον μέν τινα ἐκολούσθη τε ὑπ' αὐτῶν τὸ πῦρ, καὶ ἔδοξέ πῃ λωφᾶν. ἔπειτα δὲ ἄλλως τε καὶ τοῦ ἀνέμου σφοδρῶς ἐπιπαρρήξαντος, ἐπὶ πλεῖον ἐξέλαμπεν, ἅτε καὶ ὑπ' αὐτῶν ἐκείνων αὐξανόμενον· καὶ μέχρι μὲν μέρος τι νεὼς ἐκαίετο, προσίσταντό τέ τινες αὐτῷ, καὶ ἐς αὐτὸ ἐσεπήδων· καὶ τὰ μὲν ἐπέκοπτον τὰ δὲ διεφόρουν, καὶ αὐτά οἱ μέντοι ἐς τὴν θάλασσαν, οἱ δὲ καὶ ἐπὶ τοὺς ἐναντίους ἐρρίπτουν· εἴπως καὶ ἐκείνους τι λυμήναιντο. καὶ ἕτεροι πρὸς τὸ ἀεὶ ὑγιὲς αὐτῆς μεθιστάμενοι, ταῖς τε χερσὶ ταῖς σιδηραῖς, καὶ τοῖς δόρασι τοῖς μακροῖς, τότε δὴ καὶ τὰ μάλιστα ἐχρῶντο· ὅπως τινὰ ἀντίπαλον ναῦν προσαρτήσαντες σφίσι, μάλιστα μὲν προσεκβῶσιν ἐς αὐτήν. εἰ δὲ μὴ καὶ ἐκείνην καταφλέξωσιν. ὡς δ' οὔτινες ἐπέλαζον σφίσιν, αὐτὸ τοῦτο φυλασσόμενοι· καὶ τὸ πῦρ τούς τε τοίχους πέριξ ἐπενέμετο, καὶ ἐς τὸ ἔδαφος κατῄει. ἐνταῦθα τὰ δεινότατα αὐτοῖς ἐπεγίνετο. οἱ μὲν γὰρ

2008 Ministerio de Cultura

ἀπὸ τοῦ καπνοῦ, καὶ μάλιστα οἱ ναῦται, πρὶν καὶ πλησιάσαι σφίσι τὴν φλόγα, ἐφθείροντο· οἱ δὲ καὶ ἐν αὐτῇ μέσῃ, ὥσπερ ἐν καμίνῳ, ἀπώλλυντο. ἄλλοι πρίν τι τοιοῦτον παθεῖν, ἢ καὶ ἡμίκαυτοι, οἱ μὲν ἀπορρίψαντες τὰ ὅπλα, ἐτιτρώσκοντο ὑπὸ τῶν πόρρωθεν βαλλόντων· οἱ δὲ ἐς τὴν θάλασσαν ἐκπηδῶντες ἀπεπνίγοντο· ἢ καὶ παιόμενοι ὑπὸ τῶν ἐναντίων ἐβαπτίζοντο· ἢ καὶ ὑπὸ θηρίων ἐσπαράττοντο· μόνοι τε ἀνεκτῶς, ὡς ἐν τούτοις παθήμασι, ἀπήλλαξαν, ὅσοι πρίν τινι αὐτῶν συνενεχθῆναι, οἱ μὲν ἀλλήλους, οἱ δὲ καὶ αὑτοὺς ἀπέκτειναν· οὔτε κολαστήριόν τι ὑπέμειναν. καὶ νεκροί, ὥσπερ ἐν πυρᾷ, ταῖς ναυσὶ συγκατεκαύθησαν. ὁρῶντες δὲ ταῦτα οἱ Καισάρειοι, πρότερον μὲν ὡς ἔτι ἀμύνεσθαί τινες αὐτῶν ἐδύναντο, οὐ προσέμισγον σφίσιν. ἐπεὶ δὲ τὰ σκάφη τὸ πῦρ συνῄρει· καὶ οἱ ἄνδρες οὐδὲ ἑαυτοῖς βοηθῆσαι, ἔτι μὴ ὅτι πολέμιόν τινα λυπῆσαί τι ἐδύναντο: συνεδίῃ τε προσέπλεον αὐτοί, εἴπως τὰ χρήματα περιποιήσαιντο, καὶ κατασβεννύναι τὸ πῦρ, ὃ αὐτοὶ παρεσκεύαζον, ἐπεφέροντο. κἀκ τούτου συχνοί, καὶ ἐκείνων καὶ ὑπὸ τῆς φλογὸς καὶ ὑπὸ τῶν ἁρμάτων αὐταῖς πλέως ναυσὶ συναπώλοντο.

Id eſt, Cum igitur diutius nauali certamine pari marte decertarent, neutríque ſuperiores adhuc eſſe poſſent, huiuſcemodi prælii exitus ſubſecut⁹ eſt. Cleopatra quæ à tergo pugnantium procul in ſalo erat, longiorem non tulit & incertũ rerum euentum. Sed cum muliebri natura vſa, cum etiã ingenio AEgyptiaco prædita, permotáque diuturna ſuſpenſi animi anxietate, perpetua etiam in alterutrã partem formidoloſa expectatione, ipſa ſeſe ex improuiſo in fugam coniecit, cæteris qui ſub ſe erant ſigno fugæ ſublato. Itaque ipſi vela ſtatim in altũ

2008 Ministerio de Cultura

dederūt casu oborto eo tempore sæuo vēto. Ratus autē Antonius eos timore perterritos, eò quòd victi essēt fugere, minime verò id Cleopatrā pronūtiasse, eos subsequebatur. Quo facto & reliqui milites summa cū trepidatione animos despōderunt: & alioqui cupiētes illinc, siqua possent effugere, eorū partim vela pādere, partim turres ipsas cum armamentis in mare proiicere cœperunt: quô leuatis nauibus facilè effugere liceret, in quos ad hæc intentos aduersarii impetu facto (neq; enim fugiētes persecuti sunt, propterea quòd ipsi sine velis essent, vtpote tantum instructi ad naualem pugnam quæ stataria esset) multíque singulis nauibus se obiiciebant eminus comminúsque decertātes, vt anceps dubiúmque vtrisque ex æquo certamen fuerit. isti enim inferiorem nauium partem cōuulnerabant, remósque defringebant, gubernacula quoque ipsa lacerabant: conscendentésque foros, alios quidem hostium abstrahebant, alios deturbabant: cum aliis & manus conserebant, iam pares numero cum illis facti. Illi vero contis eos præcipites eiiciebāt, securibúsque cōcidebāt: petras quoque & alia quædā grauiora pondera in hunc vsum parata, è superiore loco deiiciebant, subeuntésque deturbabant, manúsque conserebant cum iis qui iam ad summum nauis euaserant. Qui rebus talibus gerendis interfuisset, haud absimilia esse duxisset ea (vt parua magnis componamus) muris quibusdem, aut etiam

2008 Ministerio de Cultura

insulis multis & frequentibus, qui in mari oppugnarentur, vsque adeò isti quidē naues transcendere conabantur, ceu arcem quandem quæ in continenti esset: omniáque quæ ad oppugnandos muros facere videntur, admouebant. Illi autem quacunque poterāt ratione, & vt in talibus fieri solet, eos propellebant. Cū itaque diutius pari marte dimicarent, Cæsar dubius quid sibi agendum foret, iussit è castris sibi ignem cōportari. Neque enim antea eo vti voluerat, sibi suísque prædā seruare cupiens. Tunc autem prospiciens aliter victoriam se consequi non posse, ad illud tanquam extremum auxilium descēdit. Ibi vero genus aliud pugnæ videre erat. Isti enim simul vndecunque adnauigantes, in aduersarios tela ignita coniiciebant, facésque ardentes emittebant: complures ollas etiam carbone picéq; refertas eminus machinis iaculabātur. Illi autem, vt singula quæque poterant, detrudebant. At vbi ea tela in materiā & ligna inciderant, flammámque multā vtpote in naui excitauerant, primum quidē ad ea extinguenda aqua dulci, quā potus gratia comportabant, vtebantur: nonnulláque ea ratione extinxerunt. Vbi verò illa consumpta est, hauriebant aquam marinā: & qua ea multa & abundanti vsi sunt, ignem aquæ vi cohibuerunt. Cum autem non possent vbique id præstare, neque enim multa, neque ea ipsa ingētia habebāt instrumēta ad aquam hauriendam: vasáque adeò

2008 Ministerio de Cultura

ipſa propter trepidationem ſemiplena hauriebant. Quare nō ſolum nihil proficiebāt, ſed ignes prætereà irritabant. Aqua enim ſalſa maris, ſi ſenſim in flammam infundatur, vehementer ipſam excitat. Poſtquam igitur & hac in re inferiores ſe vident, veſtem multam quæ craſſior habebatur, ipſáque adeò ſuorum cadauera in ignem iniiciebāt: & eo modo per aliquod tēpus ab his ignis prohibitus eſt, viſúſque remitti. Poſtea vero ingruēte ſæuiſſimo vento, in maius reſplenduit, tanquam ab iis ipſis excitatus: & interea dum pars aliqua nauis conflagrabat, nonnulli eorum propius ad ignem accedentes, in ipſum inſiliebant: armamentáque ipſa & nauis inſtrumenta alii conſcindebāt: alii deferebant, vt coniicerent partim in mare, partim in ipſos hoſtes: ſi quo pacto illis nocere poſſent. Nōnulli autem ſecedentes ad eam nauis partem quæ vacua ab incendio erat, manus ferreas haſtáſque longas, ſi quando aliâs, expediebant: vt aduerſariorum nauem aliquam arripere, ad ſéque alligare & copulare poſſent, & in eam ſeſe deiicere. quòd ſi id negaretur, illam ſaltem ſimul incenderent. Vbi vero vident nullos ad ſe appropinquare, id enim ſumma ratione cauebant, ignem autem iam vtraque latera deuoraſſe, in fundúmque nauis peruaſiſſe: hîc exempla grauiſſima ab ipſis edita ſunt. Aliqui enim eorum præcipuéque nautæ ab ipſo fumo, prius quàm flamma circunuenirentur, ſuf-

2008 Ministerio de Cultura

focabantur: alii in ipſa media flamma, ceu in fornace, comburebantur: alii autem prius quàm id paterentur ſemiuſtulati abiectis armis ſauciabantur ab eminus ferientibus: alii in mare ſeſe præcipitantes ſubmergebantur: alii ab ipſis hoſtibus oppreſſi demergebãtur, vel etiam ab ipſis belluis marinis dilaniabãtur. Soli tolerabili caſu (vt in tali facto) occubuere, quibus datum eſt vt antè quàm tale quidpiam paterentur, ſeſe mutuis vulneribus confoderẽt, aut ſibi ipſi mortem animo præſenti, nullum alium perpeſſi cruciatum, adferrent: quorum cadauera in ipſis ardentibus nauibus, tanquam in rogo combuſta ſunt. Quæ cum viderent Cæſariani antea quidem, quandiu aliqui eorum ſe defendere potuerunt, propius accedere verebãtur: vbi vero ignis iam fere naues ipſas cõſumpſerat, ipſique Antoniani neque ſibi præſidio eſſe, nedũ quicquã moleſtiæ aduerſariis inferre poterãt: tunc magno ſtudio ſummáque alacritate ad eos adnauigabãt: ſi quo pacto prædã ſeruare, ipſúmque ignem extinguere, quem ipſi intulerant, poſſent. vnde & multi eorum ab ipſa flamma circũuenti, ipſiſque ardẽtibus tabulis & armamentis cum ſuis nauibus prorſus interiere. Hæc in gratiam eorum qui non ſatis Græca intelligunt, vertimus fere ad verbũ. Quare non eſt cur doctiores de hac noſtra ſubita dictione vel conquerantur, vel iudicium faciant. Nã præterquam quod Dionis dictio nunquam mihi

2008 Ministerio de Cultura

placuit, mihi ipſe nunquam magis diſplicui, quàm in hoc loco vertẽdo. Dionis ſcripta quæ extant Venetiis, legi per otium: qui mihi viſus eſt multam hiſtoriæ, nullã œconomiæ rationem habuiſſe. Sed illud viderint eruditiores. Lectori ſatis ſit Virgiliũ nõ loqui ὑπερβολάς, dum ait, -credas innare reuulſas Cycladas, aut montes cõcurrere mõtibus altis. Hic enim noſter ait, εἴκασεν ἄν τις ἰδὼν τὰ γινόμενα, τείχεσί τισι ἢ καὶ νήσοις πολλαῖς καὶ πυκναῖς ἐν θαλάσσῃ πολιορκουμέναις. Hæc ideo adieci, vt lectori negligenti inculcarẽ ea, quæ nõ poſſunt à vigilãte & ſtudioſo nõ animaduerti. Addebant & roſtra nõ ſolum maioribus, ſed & minoribus actuariis. Aulus Hirtius de bello Alexandrino, Nauibus actuariis quarum numerus erat ſatis magnus magnitudine, quanquam non ſatis iuſta ad præliandum, roſtra impoſuit. Has adiunctas nauibus longis, & numero claſſis aucto, & cætera. Inde roſtratæ dictæ naues: quæ quia ex ære fiebãt, æratæ etiam dicebantur. Cæſar in ſecundo de bello ciuili, Interim L. Naſidius ab C. Põpeio cum claſſe nauium ſedecim, in quibus paucæ erãt æratæ, L. Domitio Maſſilienſibúſque ſubſidio miſſus. Virgilius in nono, vbi de nauibus Troianorũ verſis in deas & nymphas maris,

-hinc virgineæ (mirabile monſtrum)
Reddunt ſe totidem facies, pontóque feruntur:
Quot prius æratæ ſteterant ad littora puppes.

Liuius quartæ decadis libro ſexto, roſtratas vocat

2008 Ministerio de Cultura

his verbis, Vna & L X X X. rostratis nauibus, multis præterea minorib⁹ quæ aut apertæ rostratæ, aut sine rostris speculatoriæ erant, Delū traiecit. Quibus verbis constat rostratas fuisse etiam quæ tectæ non erant. Appianus in Mithridatico χαλκεμβόλους vocat, νῆες ἑάλωσαν χαλκέμβολοι ὀκτακόσιαι. Plutarchus in Antonio, ἐπεὶ δὲ ὡμολόγητο καίσαρα μὲν ἀντωνίῳ δοῦναι δύο τάγματα πρὸς τὸν παρθικὸν πόλεμον, ἀντώνιον δὲ καίσαρι χαλκεμβόλους ἑκατόν. Diodorus libro X X. χαλκώματα vocare videtur rostra ex ære, his verbis, καὶ τὰ ληφθέντα χαλκώματα τῶν Ἀγαθοκλέους νεῶν ἀπέστειλαν αὐτῷ. Et paulo post subdit, τοῖς δ' ἀπιστοῦσιν ἀπόδειξιν παρέχεσθαι τὴν τῶν ἐμβόλων κομιδήν. ἐμβόλους enim rostra fuisse constat ex Plutarcho in plerisq; locis: & ex Appiano, vbi de capite Marii Iunioris, καὶ αὐτὴν ὁ σύλλας ἐν ἀγορᾷ πρὸ τῶν ἐμβόλων θέμενος, ἐπιγελάσαι λέγεται τῇ νεότητι τοῦ ὑπάτου, καὶ εἰπεῖν, ἐρέτην δεῖ πρῶτον γενέσθαι πρὶν πηδαλίοις ἐπιχειρεῖν. Et ipsum caput Sylla in foro pro rostris poni iussit: iuuentutique cōsulis illusisse fertur, dixisséque prius remigem esse oportere, quàm ad tractanda gubernacula accedere. Quin & Plutarchus in Antonio χαλκώματα pro rostris ex ære posuit, dum ait, τῶν δὲ καίσαρος οὐ μόνον ἀντιπρώρων συμφέρεσθαι πρὸς χαλκώματα στερεὰ καὶ τραχέα φυλασσομένων. Id est, Nauib⁹ autē Cæsaris cauentibus, ne obuersæ cū rostris firmis & æratis Antonii concurrerent. Plutarchus in Pōpeio, ἐνενήκοντα δὲ χαλκεμβόλους παρέλαβε. Idē in Sylla, καὶ δοῦναι ναῦς ἑβδομήκοντα χαλκήρεις. Tullius in secundo

2008 Ministerio de Cultura

de inuentione rostratã vocat, Lex est apud Rhodios, vt siqua rostrata in portu nauis deprehensa sit, publicetur. A rostris autem Antiatium templũ Romæ Rostra appellatũ. Liuius libro octauo primæ decados, Naues Antiatium partim in naualia Romæ subductæ, partim incensæ: è rostrísque earũ suggestum in foro extructũ adornari placuit: Rostráque id templum appellatum. Quin & Tullius rostra vsurpasse videtur pro concione, quæ pro rostris ad populum haberetur, in primo de oratore, Age verò ne semper forũ, subsellia, rostra, curiámque mediteris. Subdit enim, Alterũ quòd remoto foro, concione, iudiciis, senatu, statuisti oratorẽ in omni genere sermonis. Neque longe post subdit, Nam siquis statuet hunc esse oratorem, qui tantũmodo in iure aut in iudiciis possit, aut apud populũ, aut in senatu copiose loqui. Quo loco in iure dixit: id est, in foro: in iudiciis, pro ad subsellia: apud populum, pro concione & rostris: in senatu, pro curia. vt attentus lector facile sua sponte percipiat.

Prætoriam vero nauem Greci ναυαρχίδα vocãt: nostri vulgo Capitaneã. Diodorus libro X X, καὶ πρῶτος ὥρμησε ἐπὶ τὴν ναυαρχίδα. Idem author aliquando στρατηγίδα vocat eodẽ libro, ἔπειτα παραγγείλας τοῖς κυβερνήταις ἀκολουθεῖν τῇ στρατηγίδι νηὶ προσέχοντας τῷ λαμπτῆρι προσέβαλλον ἐπὶ τὸ στόμα τοῦ Νείλου.

Erant & prædatoriæ, quæ merito inter longas scri

bendæ fuerint. Liuius decadis tertiæ libro nono, Nam poſt M. Attilium Regulum, & L. Manlium Conſules annis propè quinquaginta nullum Romanum exercitum viderant, præter prædatorias claſſes: quibus deſcenſiones in agros maritimos factæ erant. Quæ & piraticæ naues dicuntur ab eodem decadis quartæ libro quarto, Sed ſi diis placet, affinitatē etiam per Philoclem præfectum eius pepigiſti, & bellum aduerſum nos gerens, mare circa Maleam infeſtum nauibus piraticis feciſti. Idem Liuius quartæ decadis libro ſeptimo, piraticas celoces vocat, dum ait, Apparuit inde piraticas celoces & lembos eſſe. Idem decadis tertiæ libro primo, Naues CCXX. quinqueremes celoces XX. deductæ. Et paulo poſt, Naues longæ CLX. celoces XII. Quibus verbis videtur ponere celoces inter eas quæ non erant longæ. Græci naues prædatorias & piraticas πειρατικὰς vocant. Plutarchus in Pompeio, πειρατικαὶ δὲ νῆες ὀκτακόσιαι. & λῃστρικὰ πλοῖα vocat, cuiuſmodi erat μυοπάρω. Appianus in Mithridate, vbi de piratis, καὶ εἰς ἀπορίαν ἐκπεσόντες ἀθρόαν ἀντὶ τῆς γῆς ἐκαρποῦντο τὴν θάλασσαν: μυοπάρωσι πρῶτον καὶ ἡμιολίαις, εἶτα δικρότοις καὶ τριήρεσι κατὰ μέρη περιπλέοντες. Id eſt, Summáque preſſi inopia ſibi è mari quæſtum faciebant, myoparonibus primum & hemioliis, deinde biremibus triremibúſque circūnauigantes. Quibus verbis coniicio ἡμιολίας fuiſſe infra magnitudinem biremium, vt τριη-

2008 Ministerio de Cultura

ῥημόλιαι sint quas suprà diximꝰ: ἡμιολίαι verò quæ à puppi ad malum binis remis, à malo ad prorã, vnico tantum per transtra remo agerentur. Vides me sudare lector optime, quo tibi aliquid verisimile in re tam obscura afferre possim. Itaque dubitans, circunspectans & hæsitans, multa aduersa reuerens, tanquam in mari immenso nostra vehitur oratio. Thucydides in quarto, τειακόντορον & κέλητα ponit inter prædatoria, dum ait, ἀλλὰ καὶ ταῦτα ἐκ λῃστρικῆς μεσσηνίων τειακοντόρου καὶ κέλητος ἔλαβον. & hæc ex prædatorio Messeniorum actuario & celoce sumpserunt. Plutarchus in Sylla, λῃστήριον νομαδικὸν posuit, pro præd~~atoria naue~~ Numidiæ. Tullius piraticum myoparonẽ dixit, actione quinta in Verrem, An quòd ager Syracusanus prædonũ incendiis te Prætore vastatus est? an quòd forum Syracusanum nauarchorum sanguine redundauit? an quòd in portu Syracusano piraticus myoparo nauigauit? Idem actione septima in eũdem, Nauem quandam piratarum præda refertam non ceperunt: sed adduxerunt onere suo planè captam, atque depressam. Erat ea nauis plena iuuentutis formosissimæ, argenti facti atque signati, multa cum stragula veste. Ac paulo post, Interea Syracusani homines periti & humani, qui non modò quæ perspicua essent videre, verumetiam occulta suspicari possent, habebant rationem omnes quotidie piratarum qui securi ferirentur: quàm multos es-

2008 Ministerio de Cultura

se oporteret ex ipso nauigio quod erat factum sex remorum numero, cōiiciebāt. Et non multo post de eodem nauigio, Hæc igitur est gesta res: hæc victoria præclara myoparone piratico capto: dux liberatus: symphoniaci Romam missi: formosi homines & adolescētes & artifices domum abducti. Quibus sane verbis, nisi fallor, planum fit illum myoparonem habuisse sex remorū ordines. quare non ab re inter longas naues adscribi debeat. Idem Tullius septima in Verrem, paruorū myoparonum meminit his verbis, Hic te prætore Heracleo archipirata cum quatuor myoparonibus paruis ad arbitrium suum nauigauit. Prò dii immortales piraticus myoparo, cum imperium P. R. naues ac fasces essent Syracusis, vsque ad forum & ad omnes vrbis crepidines accessit. Erant enim & parui myoparones, quorum ministerio præfecti triremium & maiorum vterētur, vt colligo ex Aulo Hirtio de bello Alexandrino, Ipse Octauius se in scapham cōfert, in quam plures quum fugerant, depressa scapha vulneratus tamē adnatat ad suum myoparonem: quò receptus, cum prælium nox diremisset, tempestate magna velis profugit. Plutarchus in Lucullo, ἐξέπλευσε δὲ τρισὶν ἑλληνικαῖς μυοπάρωσι, καὶ δικρότοις ἴσαις ῥοδιακαῖς πρὸς μέγα πέλαγος. Mari profugit cū trib⁹ myoparonib⁹ Græcis, totidémque biremibus Rhodiis in altū. Myoparo autem ille egregius de classe Milesiorum, quem præ-

2008 Ministerio de Cultura

ſidii cauſa ſecum Verres abduxit Myndum, ibíque vendidit, non erat inter paruos, quorum ſuprà ab eodem mentio facta eſt. Erat enim militibus remigibúſque ornatus atque armatus. ſed ſatius fuerit Tullii verba ſubiicere: ea ſunt actione tertia in Verrem, Mileſios nauem popoſcit, quæ eum præſidii cauſa Myndum proſequeretur. Illi ſtatim Myoparonem egregium de ſua claſſe ornatum atque armatum dederunt. hoc præſidio Myndum profectus eſt. Mox ſubdit, Illud quoque quod neque taceri vllo modo poteſt, neque dici pro dignitate, cognoſcite. milites remigéſque Miletum Myndo pedibus reuerti iubet: ipſe myoparonem pulcherrimum de decem Mileſiorum nauibus electũ L. Magio & L. Rabio qui Myndi habitabant, vendidit. Plutarchus in Antonio myoparonas vocare videtur, quos phaſelos dixit Appianus, vbi eiuſdẽ rei cum Plutarcho meminit: Verba Plutarchi ſic habẽt, ὀκταουία τῶν ὁμολογημένων χωρὶς ᾐτήσατο τῷ μὲν ἀδελφῷ παρὰ τοῦ ἀνδρὸς εἴκοσι μυωπάρωνας, τῷ δ' ἀνδρὶ παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ στρατιώτας χιλίους. Id eſt, Octauia, præter ea quæ pacta fuerãt, à marito impetrauit vt fratri viginti myoparonas cõcederet, à fratre autem vt marito mille pedites Romanos. Appianus autem ſic ait, ἐδωρήσατο δὲ καὶ ὀκταουία τὸν ἀδελφὸν αἰτήσασα παρ' Ἀντωνίου δέκα φασήλοις τριηρητικοῖς ἀναμίκτοις ἔκ τε φορτίδων νεῶν καὶ μακρῶν καὶ τὴν ὀκταουίαν ὁ καῖσαρ χιλίοις λογάσι σωματοφύλαξιν οὓς ἀνελέξατο Ἀντώνιος. Munerata eſt & Octauia fra-

2008 Ministerio de Cultura

trem decem phaſelis mixtis ex forma onerariarũ lõgarúmq; nauiũ. Octauiã quoq; Cæſar mille delectis ab Antonio militibus, quibus ſpiculatoribus corporíſque cuſtodibus vteretur ipſe. Quibus ſane Appiani verbis, niſi alium authorem quàm Plutarchus ſequutus eſt, coniiciat lector myoparones fuiſſe phaſelos: quorũ forma mixta erat ex naue oneraria & longa triremi: vt hac noſtra memoria faciẽdos locauit Franciſcus Rex Regum ad oceanũ Britanniæ minoris, quos galeones vocant. Phaſelum autem ea ratione qua deſcriptus eſt ab Appiano & Plutarcho myoparo dictus, lepido verſu conſecrauit Caſtori & Polluci Catullus: quibus ſane verſiculis aperte docet eum fuiſſe maxime appoſitum, ſeu quis remis vti velit, ſeu velis, dum ait, Siue palmulis opus foret volare, ſiue linteo. Virgilius in quarto, Et circũ pictis vehitur ſua rura phaſelis. Sed minime ἀπροσδιόνυσον fuerit, carmẽ ipſum ſubtexere Catulli,

Phaſelus ille, quem videtis hoſpites,
Ait fuiſſe nauium celerrimus,
Neque vllius natantis trabis impetum
Nequiſſe præterire, ſiue palmulis
Opus foret volare, ſiue linteo.

Strabo XV, ὁ δ' οὐκ ἔλαττον ὀκτδήκοντα ἐναυπηγήσατο δίκροτα, καὶ τριήρεις, καὶ φασήλους. Ipſe autẽ ædificãda curauit, nõ minus quàm octuaginta biremes, triremes, & phaſelos. Multa cãdide lector quæſiui, vt verã, vel ſaltem veriſimi-

2008 Ministerio de Cultura

lem myoparonis etymologiã inuestigare possem, sed nihil admodum mihi arrisit: nisi si fidem habere nõ grauabere enarratori Aristophanis in εἰρήνῃ, dum ait in enarrando vocabulo, Ναξιουργὴς κάνθαρος πλοῖα ἦν οὕτω λεγόμενα ἐν νάξῳ γινόμενα τῇ νήσῳ, καὶ κνιδουργεῖς δὲ ἄλλας ναῦς ἀπὸ κνίδου, καὶ κέρκουρον ἀπὸ κερκύρας, καὶ τὴν πάρονα ἀπὸ πάρου. Id est, Naxiurges erant nauigia sic dicta, quæ fierent in Naxo insula, & etiam cnidurges à Cnido, & cercurum à Corcyra, paronem quoque à Paro. Quod si verum est, ausim & ego coniicere myoparonem esse nauigii genus compositum ab vtraque forma earum nauium, quæ fieri solebãt in Myunte & Paro insula, vt ex vtriusque forma compositũ effictúmque vocabulum videatur. Sed ex alia parte monet Plinius qui scriptum reliquit cercurum in Cypro inuẽtum, vt nõ magna fides habenda sit Aristophanis enarratori. Quare fit vt Delio opus sit. Quando verò ad belli vsum sunt etiam necessariæ eæ naues, quas hippagines dicunt, hippagogas vocat Liuius, à transportandis equis: non erit ingratum, opinor, lectori si pauca de illis dixero ex probatissimis authoribus. Liuius igitur quintæ decadis libro quarto, quodnã id sit nauigii genus apertius declarat, quàm vt nostræ interpretationis egeat, dũ ait, Fortè postero die quàm Sybota classis tenuit quinque & triginta naues, quas hippagogas vocãt, ab Elea profectæ cum equitibus Gallis, equísque Phanas pro-

2008 Ministerio de Cultura

montorium Chiorum petebant. Demosthenes in prima contra Philippum, πρὸς δὲ τούτοις ταῖς ἡμισέσι τῶν ἱππέων ἱππαγωγοὺς, τριήρεις, καὶ πλοῖα ἱκανὰ εὐτρεπίσαι κελεύω. Insuper & equitum parti censeo comparare hippagines, triremes, aliaque idonea ad transportandos eos nauigia. Quas tamen Polybius ἱππηγοὺς vocat in primo, ἐπὶ δὲ τούτοις ἐπέστησαν τὰς ἱππηγοὺς, ῥύματα δόντες ἐξ αὐτῶν ταῖς τοῦ τρίτου στόλου ναυσί. Post hæc disposuerunt hippagines, dantes ex iis loca, & funes tractorios nauibus quæ in tertia classe erant. Et paulo post, τῶν μὲν ῥυμουλκούντων τὰς ἱππηγοὺς ναῦς. Diodorus libro vigesimo, ἐπακολουθεῖν δὲ τὰς στρατιωτικὰς καὶ τὰς ἱππηγοὺς ῥυμουλκουμένας ὑπὸ τῶν εἰρεσίαις χρωμένων, ἐπὶ πᾶσι δὲ τὰ τῶν πειρατῶν πορεία, καὶ τὰ ἐμπόρων καὶ ἀγοραίων. Subsequi autē militares & hippagines remulco tractas ab iis quæ remigio vterentur: postremo etiam & prædonum pontones & annotinas mercatorúmque. Quibus & Polybii verbis & Diodori, apud Demosthenem in loco suprà citato, διαστολὴν collocandam inter ἱππαγωγοὺς & τριήρεις existimo: vt legendum sit, ἱππαγωγοὺς, τριήρεις, καὶ πλοῖα ἱκανά: non vt ἱππαγωγοὶ essent τριήρεις, vt quidam nō indoctus existimabat, & auditoribus suis enarrabat: quem hoc loco nomine appellare supersedendum duxi. ἱππαγωγοὶ enim & hippegi remulco trahebantur, vt vides ex vtroque authore. Remulco autem trahere Latinum est, & à Liuio & Cæsare vsurpatum. Liuius quartæ decadis libro septimo, Contemplatus

2008 Ministerio de Cultura

Eudemus hostes claudas mutilatásque naues apertis nauibus remulco trahētes x x. paulo amplius integras, abscedentes è turri prætoriæ nauis, silentio facto, exurgite inquit. Cæsar in secundo de bello ciuili, Hunc sequutus M. Ruffus Quæstor nauibus x i i. quas præsidio onerariis nauibus Curio ex Sicilia eduxerat, postquam relictam in littore nauem conspexit, hanc remulco abstraxit. Ipse ad Curionem cum classe rediit. Idem in tertio, Ad Oricum venit, summersámque nauim remulco multísque contēdens funibus abduxit. πόρεια autem dicuntur à Diodoro naues quibus vtebantur ad transportandos milites: & ea re στρατιωτικὰ πόρεια dicuntur ab eodem, libro vigesimo, his verbis, Εἶχε δὲ τὰς πάσας ναῦς μακρὰς ρ. καὶ μ. τούτων δ' ἦν ἡ μεγίστη, πεντήρης: ἡ δὲ ἐλαχίστη, τετρήρης: στρατιωτικὰ δὲ πόρεια ταύταις ἐπηκολούθει πλείω τῶν. Σ. ἄγοντα πεζοὺς οὐκ ἐλάττους τῶν μυρίων. Habuit autem naues longas numero centum quadraginta: quarum maior erat quinqueremis, minor autem quadriremis. Militares præterea pontones subsequebantur plus quàm ducenti: qui peditum ferebant circiter decem millia. Idem in eodem, τῶν μὲν πορείων ἦλω πλείω τῶν ρ. ἐν οἷς ἦσαν σχεδὸν στρατιῶται ὀκτακισχίλιοι. Id est, Pontones cepit plus quàm centenos: in quibus erant peditum circiter octo millia. Idem in eodem, ἐφ' ἡμέρας τινὰς ταῖς ταχυναυτούσαις ναυσὶν ἐρυμούλκουν στρατιωτικὰ πόρεια. Id est, Per aliquot dies celeribus nauibus remulco trahebant

2008 Ministerio de Cultura

militares pontones. Idem in eodem, οὐκ ἔχων δ' ἱκανὰ πόρεια πρὸς τὴν τῶν στρατιωτῶν διάβασιν, τριχῆ διεμέρισε τὴν δύναμιν. Id eſt, Cum non ſatis haberet pontonum ad traſportãdos milites, trifariam diuiſit exercitum. Plato in tertio de Legibus, πόρεια poſuit etiam pro curru, πόρεια δὲ, ὥς τι ἐπ' ἀλλήλους τότε πορεύεσθαι κατὰ γῆν, ἢ κατὰ θάλασσαν, σὺν ταῖς τέχναις, ὡς ἔπος εἰπεῖν, πάντα σχεδὸν ἀπωλώλει. Vehicula ita vt tunc inter ſe commeare poſſent, ſiue terra, ſiue mari, omnia, vt ita dicam, cum artibus ipſis perierant. Eiuſmodi poria Cæſar pontones appellare videtur in tertio de bello ciuili, Pleraſque naues in Italiam emittit ad reliquos milites equitéſque tranſportandos: pontones, quod eſt genus nauium Gallicarũ, Lyſſi reliquit: hoc conſilio, vt ſi forte Pompeius vacuam exiſtimans Italiam eò traiecisſet exercitum, quæ opinio erat edita in vulgus, aliquam Cæſar ad inſequendum facultatem haberet. Nec veriſimile eſt eos pontones, quorum meminit Cæſar, fuiſſe id genus nauigii ratiarii, quo paſſim vtimur ad traiicienda flumina, quas vulgo charieras dicunt. Etiamſi Paulus iuriſcõſultus in tractatu Seruitutum ruſticarum, pro eo genere accepiſſe videatur, his verbis, Flumine interueniente via conſtitui poteſt: ſi aut vado tranſiri poteſt, aut pontem habet: diuerſum, ſi pontonibus traiiciatur. Quo loco pontones videtur pro πορθμείοις dixiſſe aliter atque Cæſar: qui vſus videtur veluti Gallico quodã

2008 Ministerio de Cultura

vocabulo, vel Massilie͂si potius. Quod πορθμεῖον innuere videtur Tullius de Aruspicum responsis, dum ait, Quæ nauis vnquam in flumine tam vulgata omnibus, quàm istius ætas fuit? Diodorus tamen Siculus πορθμεῖον cum πορίῳ confundere videtur, nisi sit librariorum mendum, ὁ δὲ λυθεὶς, καὶ μετ' ὀλίγων ἐμβὰς, εἰς τὸ πορθμεῖον ἔλαθεν, ἐκπλεύσας κατὰ τὴν δύσιν τῆς πλειάδος. Id est, Ipse autẽ solutus, & cum paucis conscẽsa naue, clàm profugit sub occasum Vergiliarum. Strabo decimoseptimo, ὥστε καὶ ὀστράκινα ἐνίοις εἶναι πορθμεῖα. vt & nonnullis testacea sint nauigia ad transfretãdum. πορθμὸς enim fretum. vt πορθμεῖα, sint nauigia ad transfretandum apta: πορθμὸς, θάλασσα ἑκατέρωθεν ἤπειρον ἔχουσα. Rhodii præsidiarias naues φυλακίδας vocabant, authore Diodoro libro vigesimo, Δημόφιλος μὲν ἔχων ναῦς τὰς καλουμένας παρὰ ῥοδίοις φυλακίδας. Idem in eodem, αἱ δὲ φυλακίδες τῶν καρχηδονίων αἰσθόμεναι, κατὰ σπουδὴν ἐπεδίωκον. Id est, Præsidiariæ Carthaginensium vbi id resciuerunt, confestim persecutæ sunt.

Sed prius quàm à longis nauibus ad onerarias proficiscar, nõ tacebo quid de celeritate quinqueremis ad triremem dubitare videam viros doctissimos, qui quinqueremem tardiorem fuisse triremi opinati sunt, ex Liuii verbis tertiæ decadis libro octauo: ea sunt hæc, Adherbal coniuratis in quinqueremem impositis, præmissáque ea quia tardior quàm triremis erat, ipse cum octo trire-

2008 Ministerio de Cultura

mibus modico interuallo ſequitur. Tardior enim erat propter pōdus. Subdit enim, Quinqueremis Romana ſeu pondere tenacior, ſeu pluribus remorum ordinibus ſcindentibus vortices, cum facilius regeretur, duas triremes ſuppreſſit. Sed Iulius Cæſar in ſecundo de bello ciuili, omnem dubitationē tollere videtur, his verbis, Conſpicatæque naues triremes duæ nauem Decii Bruti (quæ erat hexeres ex Lucano ſuprà citato) quæ ex ſigno facilè cognoſci poterat, duabus ex partibus ſeſe in eam incitauerant. Sed tantum re prouiſa, Brutus celeritate nauis eniſus eſt vt paruo momēto antecederet. Vides illam hexerem celeritate anteuertiſſe illas triremes: quod & ſimiliter de quinqueremi facilè credere eſt. Sed nō omittemus piſtrim: cuius mentionem factam videmus à Polybio. Liuius etiam meminit quintæ decadis quarto volumine, his verbis, Perſeus poſt reditum ab Eumene, Erepontis ſpe deiectus, Antenorem & Callipum præfectos claſſis cum XL. lembis (adiectæ ad hunc numerum quinque piſtres erant) Tenedum mittit. Piſtris autem terno remorum ordine agebatur. Virgilius in quinto piſtrim pro cognomento indito triremi poſuiſſe videtur,

Velocem Mneſtheus agit acri remige piſtrim.

Subdit enim,

Mox Italus Mneſtheus, genus à quo nomine Memmi:

2008 Ministerio de Cultura

Ingentémque Gyas ingenti mole Chymæram,
Vrbis opus: triplici pubes quam Dardana versu
Impellunt, terno consurgunt ordine remi.

Neque enim fuisset æqua & par contentio, si pistris illa paucioribus aut pluribus remis acta fuisset quàm Chymæra, cui Gyas præerat. Polybius πρίστιν vocat ῥ litera transposita, libro ιη, ἐπελθόντος δὲ τοῦ τεταγμένου καιροῦ, παρῆν ὁ μὲν Φίλιππος ἐκ Δημητριάδος ἀναχθεὶς εἰς τὸν Μαλιέα κόλπον, πέντε λέμβους ἔχων καὶ μίαν πρίστιν, ἐφ' ἧς αὐτὸς ἐπέπλει. Id est, Cedente die præstituta, aderat Philippus profectus à Demetriade in sinum Malleam, habens quinque lembos & vnicam pristim qua vehebatur. Solebant autem cognomenta indere nauibus, & etiam ad proram adfingere. Lucianus in dialogo quod πλοῖον inscribitur, καταντικρὺ δὲ ἀνάλογον ἡ πρῷρα ὑπερβέβηκε ἐς τὸ πρόσω ἀπομηκυνομένη τὴν ἐπώνυμον τῆς νεὼς θεὸν ἔχουσα τὴν Ἶσιν ἑκατέρωθεν. Id est, E regione autem proportione prora extructa erat, in longum producta, habens vtrinque Isin deam, quæ cognomentum naui dederat. de quarum παρασήμῳ infrà dicemus copiosius. Aliæ etiam dictæ Seleucides triremes à Seleuco. Plutarchus in Pompeio, ὡς δὲ ἔδοξεν ἐνίκα φεύγειν εἰς τὴν Αἴγυπτον, ἀναχθεὶς ἀπὸ Κύπρου σελευκίδι τριήρει μετὰ τῆς γυναικός: τῶν δὲ ἄλλων οἱ μὲν ἐν μακραῖς ὁμοίως ναυσὶ, οἱ δὲ ἐν ὁλκάσι ἅμα συμπαρέπλεον. Vt igitur decretum èst, fugiendum in AEgyptum esse, profectus à Cypro, vectúsque Seleucide triremi cum vxore est:

2008 Ministerio de Cultura

aliorum vero nonnulli ſecuti ſunt, delati ſimiliter longis nauibus, alii autem in onerariis. Appianus de eadem Pompeii fuga loquẽs his verbis vtitur, ὅθεν τὴν κορνηλίαν γυναῖκα ἀναλαβὼν, καὶ τριηρῶν τεττάρων ἐπιβὰς, αἳ αὐτῷ παρά τε ῥοδίων καὶ τυρίων ἀφίκοντο. Vnde ſumpta ſecum Cornelia vxore, nactus quatuor triremes, qui ad officium illi ab Rodiis & Tiriis præſto fuerãt, profugit. Νικομηδὶς à loco cognomentum ſumpſit authore Aniano apud Suidam, εὖρος δὲ καὶ βάθος καθ᾽ ὁλκάδα, ὅσον μεγίστη νικομηδὶς ἢ αἰγυπτία. quibus verbis coniicio νικομηδίδα fuiſſe inter onerarias: de quib⁹ videtur veniſſe dicẽdi tẽpus. Sic & ἑρμωνὶς apud Thucydidẽ à loco iuxta Lacedæmona.

AIT MARCELLVS, ATQVE ONERARIIS.

De longis abunde diximus: de onerariis paucis diſſerendum. Quæ onerariæ dictæ, quòd eſſent oneri ferendo idoneæ: & ea ratione φορτικοὶ dicuntur à Græcis. Polybius in primo, ἔχων ἑκατὸν εἴκοσι σκάφη, καὶ τὴν ἀγορὰν χωρὶς ἐν ὀκτακοσίαις ναυσὶ φορτικοῖς. Liuius decadis tertiæ libro ſeptimo, Naues quas Liuius tutandis cõmeatibus habuerat, partim machinationibus onerat, apparatúque mœnium oppugnandorum: partim tormentis & ſaxis, omníque telorum miſſilium genere inſtruit. onerarias quoque non eas ſolũ, quæ remis agerentur. Qui-

2008 Ministerio de Cultura

bus verbis declaratur onerarias nō solere remis agi. Tullius actione quarta in Verrem, Eius autem legationis principem nobilissimum C. Heiū iuratum dicere audistis, isti nauem onerariam maximam Messanæ esse publice coactis operis ædificatam. Eam Cybeam vocat in sexta in Verrem, Tametsi rogatus de Cybea, tenetis memoria, quid responderit: ædificatam publicis operis publice coactis, eíque ædificādæ publice Mamertinum Senatorem præfuisse. Et paulo post subdit, Negent isti onerariam nauem maximā ædificatam esse Messanæ. Negēt ei naui faciundæ Senatorem Mamertinum publice præfuisse. Appianus ὁλκάδας vocat in quinto de bellis ciuilibus, ᾕρει κατὰ δύο καὶ τρεῖς ναῦς τῶν φυλακίδων καὶ τὰς ὁλκάδας, αἳ τὸν σῖτον ἔφερον, ὁρμούσας, ἢ παραπλεούσας κατέδυε, ἢ ἀνεδύετο, ἢ ἐνεμπίπρη. Id est, Cepit binas ternásq; præsidiariarū onerariarúmq; eas quæ frumētū portabāt, & in statione erāt: eas autē quæ præternauigabāt, vel depressit, vel religauit, vel concremauit. Idē in eodē, πολὺ δὲ ὁλκάδων καὶ σκευοφόρων ἄλλο πλῆθος. Quo loco σκευοφόρους pro onerariis posuisse videtur: quas Cæsar graues dixit. διεφθάροντο δ᾽ αὐτοῦ νῆες βαρεῖαι μὲν ἕξ, κουφότεραι δὲ ἓξ καὶ εἴκοσι, λιβυρνίδες δ᾽ ἔτι πλείους. Interiere autem illius naues graues sex, leuiora vero nauigia vigintisex, multóque plures liburnicæ. Onerariæ autem ad frumentum vehendum aptæ, frumentariæ dicuntur, à Græcis σιτηγοί. Cæsar in tertio de bello ciuili, Nocturno itinere

2008 Ministerio de Cultura

non intermiſſo, comitatu equitum triginta ad mare peruenit: nauémque frumentariam conſcendit. Appianus de eadem Pompeii fuga nauis frumentariæ nullum verbum facit, ὁ δὲ πομπήιος ἐκ λαρίσσης ὁμοίῳ δρόμῳ μέχρι θαλάσσης ἐπειχθεὶς, σκάφους ἐπέβη μικροῦ: καὶ νεὼς παραπλεούσης ἐπιτυχὼν, εἰς μιτυλήνην διέπλευσε. Id eſt, Põpeius autem ſimili feſtinatione à Lariſſa ad mare properans, paruulũ nauigium cõſcendit: nactúſque nauẽ prætereuntẽ, ea Mitylenẽ vſque delatus eſt. Plutarchus in Pompeio φορτηγὸν vocat, καὶ περὶ τὸν ὄρθρον ἐπιβὰς ποταμίου πλοίου, καὶ τῶν ἑπομένων τοὺς ἐλευθέρους ἀναλαβὼν, τοὺς δὲ θεράποντας ἀπιέναι πρὸς καίσαρα κελεύσας, καὶ μὴ δεδιέναι: παρὰ γῆν κομιζόμενος εἶδεν εὐμεγέθη φορτηγὸν, ἀναγέσθαι μέλλουσαν. Id eſt, Sũmo mane conſcenſo nauigio fluuiatili, impoſitíſque in alterum comitibus liberis: ſeruis autem ad Cæſarem ſe recipere, ſecuríſque eſſe iuſſis, præter litus delatus conſpexit bene magnam onerariam, quæ ad ſoluendum parata erat. Quam Cæſar in ſuprà ſcriptis nauem frumẽtariã vocat. Quin & Diodorus Siculus, vbi de Agathocle, in x x. naues eaſdẽ modo φορτηγοὺς, modo σιτηγοὺς dicit, ἔπειτα δὲ σιτηγῶν πλοίων τῇ πόλει προσιόντων, οἱ μὲν καρχηδόνιοι παντὶ τῷ στόλῳ πρὸς τὰς ναῦς ἀνήχθησαν, ὁ δ᾽ ἀγαθοκλῆς ἀπελπίζων ἤδη τὴν ἐπιβολὴν, ὡς εἶδε τὸ στόμα τοῦ λιμένος ἔρημον τῶν ἐφορμούντων, ἐξέπλευσεν ὀξείαις ταῖς εἰρεσίαις χρώμενος: εἶτα οἱ μὲν καρχηδόνιοι πλησίον ἤδη τῶν φορτηγῶν ὄντες. Vides vt φορτηγοὺς dixit, quas ſuprà σιτηγοὺς, id eſt, frumẽtarias vocauerat. Thucyd. in ſexto

2008 Ministerio de Cultura

ὁλκάδας vocat: hodiéque in Flandria nomen retinent, & des hollzes vocant: ἐν ὁλκάσι πυργοὺς καὶ πεφραγμένας κειθὰς ἄγειν. Idem in eodem σιταγωγοὺς ὁλκάδας vocat, quas σιτηγοὺς & φορτηγοὺς ex Diodoro diximus, τῶν μὲν οὖν συμμάχων τοῖς πλείστοις, καὶ τοῖς σιταγωγοῖς ὁλκάσι, καὶ τοῖς πλοίοις, καὶ ὅση ἄλλη παρασκευὴ ξυνείπετο. Id eſt, Sociorum plurimis, frumentariiſque nauibus, reliquiſque nauigiis, cunctiſque qui in vſum claſſis ſequebãtur, edictum fuerat, vt &c. Et in eodem, ὁλκάδες μὲν τριάκοντα σιταγωγοί, καὶ τοὺς σιτοποιοὺς ἔχουσαι. Idem in eodem φορτηγικὸν πλοῖον vocat, quam nos onerariam Latine dicimus: vbi de fuga Alcibiadis, καὶ ἀλκιβιάδης μετὰ τῶν ξυμφυγάδων περαιωθεὶς, τότ' εὐθὺς ἐπὶ πλοίου φορτηγικοῦ ἐκ τῆς θουρίας ἐς κυλλήνην τῆς ἠλίας πρῶτον, ἔπειτα ὕστερον ἐς τὴν λακεδαίμονα αὐτῶν τῶν λακεδαιμονίων μεταπεμψάντων ὑπόσπονδος ἐλθών. Et Alcibiades cum fugæ comitibus confeſtim è Thuriorum portu trãſportatus, naue oneraria primũ in Cyllenẽ Eleorũ: deinde ſumpta fide publica, vocantibúſque ipſis Lacedæmoniis, Lacedæmona profectus. Idem in ſexto ὁπλιταγωγοὺς vocat naues paratas, ad vehendos milites armatos, αὐτῶν δ' ἀθηναίων ἑξήκοντα ὁπλιταγωγοὺς ὅσαι ἂν δοκῶσι. Quas, niſi fallor, in octauo στρατιώτιδας vocat, στρομβιχίδης δ' ἐκ τῆς χίου πυθόμενος κατὰ τάχος βοηθήσας ναυσὶν ἀθηναίων τέσσαρσι καὶ εἴκοσι: ὧν καὶ στρατιώτιδες ἦσαν ὁπλίτας ἄγουσαι. quaſi ὁπλιταγωγοί. Et in eodẽ, ἀφίκοντο δὲ οἱ ἀργεῖοι μετὰ τῶν παράλων, οἳ τότε ἐπάχθησαν ἐν τῇ στρατιώτιδι νηὶ ὑπὸ τῶν τετρακισίων περιπλεῖν εὔβοιαν. Venerũt & Argiui cum propugnatoribus qui in

2008 Ministerio de Cultura

naue paralo dicta esse solebāt: qui iussi erant à triginta tyrannis per id tempus in naue militari Euboeā ipsam circunnauigando obire ac tueri. Erant & Corbita & Cybea inter onerarias: quarum vtrarūque mētio apud Tulliū: Corbitæ quidem libro XVI. ad Atticū, Corbitáne Patras, an actuariolis ad Leucopetram Tarentinorum, ac inde Corcyrā: etsi oneraria, statímne freto an Syracusis? Cybeæ in Verrem actione septima, Nauē verò Cybeam maximam triremis instar pulcherrimā atque ornatissimam, palàm ædificatam sumptu publico. Et subdit paulo post, Celeberrimo loco ædificari tibi onerariam nauē in ea prouincia, quam tu cū imperio obtinebas. Hactenus Tullius. Nā & nauē in eadē prouincia, in qua quis administrat, ædificare prohibetur. l. Aufertur, ff. De iure fisci. Senatores etiam naues habere prohibentur, l. Iulia repetundarū, ff. De vacat. & excusat. munerū. His qui naues marinas fabricarint á Q. quoque Claudio lex lata, nequis Senator, quíue Senatoris pater fuisset, maritimam nauem quæ plus quàm trecentarum amphorarum esset, haberet. Dicta est & nauis vinaria ab Vlpiano in, l. Vulgaris, ff. De furtis, Quid deinde si de naue vinaria, vt sunt multæ in quas vinum infunditur, quid dicemus de eo qui vinum hausit? an totius oneris fur sit? & magis est vt & hic non totius dicamus. Nos Venetiis naues aquarias vidimus, quibus aquam portant, vt ven-
2008 Ministerio de Cultura

dant cisternas non habentibus: quas Burchi de aqua vocant. Vidi & lignarias, arenarias, lutarias, farinarias: quas Burchi da legno, da sabiõ, da fango, da farina appellitant. Sunt & apud eos rates carbonariæ: quas zattare da carbon vocant. Sunt alia multa Venetiis nauigiorum genera: quæ siquis velit Latine enunciare, verborum vt opifex sit, necesse est. Palearũ quoque nauis dicitur à Marco Tullio: qua vehitur vendituŕve palea. ea sunt in primo de finibus, Vt enim (inquit) gubernator æquè peccat, si palearum nauem & si auri, &c. Veneti Burchio da pallia dicunt.

Gaulus à Græcis γαυλὸς dictus, cuius mentio apud Gelliũ videtur ab Herodoto poni pro naue oneraria, cum ait in θαλείᾳ, αὐτίκα μὲν τριήρεας δύο ἐπλήρωσαν, ἅμα δὲ αὐτοῖσι καὶ γαυλὸν μέγαν παντοίων ἀγαθῶν. Id est, Confestim quidem duas triremes, simúlque cum ipsis ingentem gaulorum impleuerũt varia multiplicíque præda. Idem Herodotus paulo post, καὶ τὸν γαυλὸν τὸν ἅμα ἄγοντο ἀπαιρεθέντες, ἐπέπλεον ὀπίσω ἐς τὴν ἀσίαν. Id est, Ablatóque gaulo, quem simul duxerant, reuersi sunt in Asiam. Plutarchus περὶ εὐθυμίας, ὥσπερ οἱ δειλοὶ καὶ ναυτιῶντες ἐν τῷ πλεῖν, εἶτα ῥᾷον οἰόμενοι διάξειν, ἐὰν εἰς γαυλὸν ἐξ ἀκάτου, καὶ πάλιν ἐὰν εἰς τριήρη μεταβῶσι: οὐδὲν περαίνουσι, τὴν χολὴν καὶ τὴν δειλίαν συμμεταφέροντες ἑαυτοῖς. Id est, Quemadmodum timidi, & qui nauseæ nauigando obnoxii sunt, existimantes se meliuscule habituros, si ex acatio in gaulum, rur-

2008 Ministerio de Cultura

ſumque ſi in triremem commigrarint: nihil tamẽ proficiunt, bilem timiditatémque ſecum circunferentes. Ad quod alluſiſſe videtur Horatius in epiſtolis, -ego vtrum

Naue ferar magna, an parua ferar vnus & idem.

Et epiſtolarum primo, -conducto nauigio æquè

Nauſeat ac locuples, quem ducit priua triremis.

Gaulus accipitur & pro vaſe quo paſtores vtuntur ad lac excipiendum.

AIT IVRECONSVLTVS, NON PISCATORIIS.

Piſcatoriæ naues, quæ piſcium capiẽdorũ cauſa paratæ ſũt: quas nauicellas vocat Martianus in tractatu De fundo inſtructo. Itẽ piſcatoris Liui⁹ piſcatorias dixit tertiæ decadis libro tertio, his verbis, Ni mare propinquum, & haud procul littore naues piſcatoriæ pleræque cõſpectæ peritis nandi dediſſent effugium. Cymba fuiſſe videtur inter piſcatorias ex M. Tullio in tertio Officiorum, Cum Cannius, quæſo (inquit) Pythi, tãtúmne piſciũ? tantúmne cymbarum? Et ille, Quid mirum? hoc loco, Syracuſis quicquid eſt piſcium, &c. Lenunculos etiã piſcatorios vocat Annianus Marcellinus libro XIIII, Nã ſole orto magnitudine anguſti gurgitis & profundi à trãſitu arcebãtur: & dũ piſcatorios quærũt lenũculos, vel innare temerè cõtextis ratibus. Idẽ in XVI, Auido flatu vẽtorũ lenũculo ſe cõmiſiſſe piſcãtis. Et ne quis exiſtimet vocabulũ illud fortaſſe barbarũ, propterea quòd ætate Annia-

2008 Ministerio de Cultura

ni lingua Latina nõ parũ degenerauerat à puritate Tulliana: ſciat Iuliũ Cæſarẽ eo vocabulo vſũ in ſecũdo belli ciuilis, dũ inquit, Harũ fuga nauiũ onerariarũ magiſtros incitabat, pauci lenũculi ad officiũ imperiúmq; cõueniebãt. Quo certe loco Cæſar lenũculos poſuiſſe videtur nõ pro naue piſcatoria, ſed pro ſcaphis nauiũ. M. enim Ruffus quæſtor relictus à Curione, magiſtris nauiũ imperarat, vt primo veſpere omnes ſcaphas ad litt⁹ appulſas haberẽt. Quòd ſi lenũculi legendũ in Cæſare, auſim & affirmare apud Gelliũ lib. x. ca. x x v. quo loco remieculi legitur, mẽdũ ineſſe: legendúmq; lenũculi. fuit enim facilis lapſ⁹. verba Gellii ſic habẽt, Nauiũ autẽ quas reminiſci tũc potuim⁹, appellationes hæ ſũt, Gauli, corbitæ, caudicæ, lõgæ, hippagines, cercuri, celoces, vel vt Græci dicũt, κέλητες, lèbus, ὠκεῖαι, remieculi (legẽdũ lenũculi) actuariæ, quas Græci πρόπλους vocant vel ἐπακτρίδας, pſumiæ, vel geſeoretæ vel orioles, cattæ, ſcaphæ, pontones, nuctuciæ, mediæ, phaſeli, parones, myoparones, lintres, caupulica, marceplacidæ, cydari, ratiariæ, cataſcopiũ. Xenophõ ἀναβάσεως lib. VII, ὁ δὲ ἀναξίβιος καταδραμὼν ἐπὶ τὴν θάλατταν ἐν ἁλιευτικῷ πλοίῳ περιέπλει εἰς τὴν ἀκρόπολιν. Et ἑλληνικῶν quinto, πολλὰ καὶ ἁλιευτικὰ πλοῖα ἔλαβε καὶ πορθμεῖα ἀνθρώπων μεστὰ καταπλέοντα ἀπὸ τῶν νήσων. Iuſtin⁹ lib. II. ſcaphã inter piſcatoria ponit: de qua ſcapha alio loco dicem⁹: Vbi cũ ſolutũ põtẽ hybernis tẽpeſtatib⁹ offẽdiſſet, piſcatoria ſcapha traiecit trepidus. Vides vt ſcapham piſcatoriã vocet: Græci ἁλιευτικὸν πλοῖον.

2008 Ministerio de Cultura

AIT IVRECONSVLTVS, ET SI QVAS ACTVARIAS, VOLVPTATIS CAVSA PARAVERVNT.

Tullius in oratione pro Cælio de actuariis voluptatis cauſa intellexiſſe videtur, cum ait, Accuſatores quidem libidines, amores, adulteria, Baiis acta conuiuia, comeſſationes, cantus, ſymphonias, nauigia. Nec debent actuaria illa, quæ voluptatis tantum cauſa parata ſunt, poſtliminii iure vti: cũ ad nullum belli vſum ſint parata. Sed alia actuaria, quæ maioribus nauibus inſeruiunt, & ob id à Græcis ὑπηρετικὰ dicuntur, nõ diſpicio quare non, quẽadmodũ & aliæ naues, iure poſtliminii redeãt. Actuaria autem dicta ſunt, quòd remis agerentur. Liuius tertiæ decadis libro x, Quingẽtas fuiſſe omnis generis, quæ remis agerentur, quidam tradunt. Cæſar commẽtariorũ quinto, Has omnes actuarias imperat fieri: quã ad rẽ humilitas multũ adiuuat. Neque tamẽ numerãdæ ſunt inter lõgas. Subdit enim paulo poſt, Eò cum veniſſet, circuitis omnibus hybernis ſingulari militum ſtudio, in ſumma rerũ inopia circiter ſexcẽtas eius generis, cuius ſuprà demonſtrauimus, naues, & longas duodeuiginti inuenit inſtructas. Eas enim in eodem libro Cæſar vectoria grauiáq; nauigia vocat, etiamſi remis agerentur. Qua in re admodum fuit militum

2008 Ministerio de Cultura

virtus laudāda: qui vectoriis grauibúsque nauigiis nō intermisso remigandi labore, longarum nauiū cursum adæquauerunt. Quæ autē vectoria Cæsar dixit, Vlpianus in tractatu De exercitoria ἐπιβάδας appellat, his verbis, Quædam enim naues onerariæ, quædam, vt ipsi dicunt, ἐπιβάδες sunt: & plerosque mādare scio, vt vectores recipiant: & sic vt certa regione, & certo mari negotientur. Vt ecce sunt naues quæ Brūdusium à Cassopa vel à Dyrrachio vectores traiiciunt, ad onera inhabiles. Item quædam capaces fluminum, ad mare non sufficientes: ἐπιβάδες dictæ, vt opinor, quasi ἐπιβατίδες ad ἐπιβάτας solum, id est vectores traiiciēdos. Et fortasse legendum apud iureconsultum ἐπιβατίδες: sed lectoris erit iudicium. Est autem Cassopa oppidum Corcyræ ex Plinio libro quarto, capite duodecimo. Tullius in epistola ad Tyronem, Corcyræ fuimus vsque ad XVI. Cal. Decemb. tempestatibus retenti ad XII. Cal. Decemb. in portum Corcyreorū ad Cassopam stadia CXX. processimus. Quo loco non Cassodem, vt in vulgatis, sed Cassopam lego. Actuariorum autem nonnulla triginta remis agebātur. Liuius quartæ decadis libro octauo, Tradito & naues armamentáque earum: néve plures quàm decem naues actuarias, nulla quarum plus quàm triginta remis agatur, habeto. Appianus καταφράκτους vocat eas, quas actuarias Liuius dixit, his verbis, Ναῦς δὲ καταφράκτους δώδεκα ἔχειν μόνας, αἷς ἐς τοὺς

2008 Ministerio de Cultura

ὑπηκόους πολέμου κατάρχειν, πολεμοῦμενοι δὲ καὶ πλείοσι χρῆσθαι. Naues tectas duodecim habere solas, quibus subditos ad obsequiū bello inferēdo cogere possint: lacessitos autē & pluribus vti licere. Quo loco legendum fortasse ἀφράκτους, & δίχα nō δώδεκα. Appianus enim sequutus est Polybiū, quē in plerisque locis Liuius visus est vertisse ad verbū. Neque tamē existimes ἄφρακτα accipi pro actuariis. Tullius enim lib. x. epistolarū ad Atticū, discrimē ponere videtur, dū inquit, Recordor enim æstate cū illo Rhodiorū ἀφράκτῳ nauigans, quàm fuerim sollicitus. Quid duro tempore anni actuaria fore censes? Aphracta enim Tulli⁹ inter lōgas naues posuisse videtur lib. v. ad Atticū, Nos Rhodiorū ἀφράκτοις, cæterísque lōgis nauibus trāquillitates aucupaturi eramus. Actuariolū etiā dicimus, quod decē remis agebatur. Tullius XVI. ad Atticū, Hæc ego conscendēs è Pōpeiano tribui actuariolis decēscalmi. Actuariū nauigiū puto à Græcis dictū κωπήρη, & maxime à Thucydide & Plutarcho. Thucyd. in IIII, λακεδαιμονίους καὶ τοὺς ξυμμάχους πλεῖν μὴ μακρᾷ νηί, ἄλλῳ δὲ κωπήρει πλοίῳ ἐς πεντακόσια τάλαντα ἄγοντι μετρῷ. Id est, Lacedæmonios sociósq; Lacedæmoniorū nauigare nō lōga naui, sed alio actuario nauigio capaci pondo talētorū quinq; miliū. Si Laurētius Valla aliter vertit, falsus est, vt in plerisque aliis. Plutarchus in Antonio, Ἀντώνιος μὲν ἐπεφοίτα πανταχόσε κωπήρει τοὺς στρατιώτας παρακαλῶν. Id est, Antonius quidē actuario itabat quoquouersus milites cohortās. Plutarchus in

2008 Ministerio de Cultura

Alexãdro θερθμεῖα κωπήρη dixit, quæ remis incitarẽtur: quasi dicas pontones actuarios. Strabo in X I. ἀκάτια posuit pro prædatoriis nauigiis, his verbis, ζῶσι δὲ ἀπὸ τῶν κατὰ θάλασσαν λῃστηρίων, ἀκάτια ἔχοντες λεπτὰ στενὰ καὶ κοῦφα, ὅσον ἀνθρώπους πέντε καὶ εἴκοσι δεχόμενα: σπάνιον δὲ τριάκοντα δέξασθαι τοὺς πάντας δυνάμενα. Id est, A latrociniis, quæ in mari factitant, vitã tolerant, acatia habẽtes leuia, angusta & velocia: quæ vix vectores vigintiquinque recipiant. rarũ autẽ est, ea posse in totũ triginta capere. Ipse Laurẽti⁹ ἀκάτιον actuariũ vertit, haud scio quàm recte. Plinius enim lib. I X. cap. X X. vsus est vocabulo Græco, cũ Latine reddere nõ posset, eius verba adscribã, Nauigerã similitudinẽ, & aliã in propõtide visã sibi prodidit Mutian⁹: cõchã esse acatii modo carinatã, inflexa puppe, prora rostrata: in hac cõdi naupliũ animal sepiæ simile, ludendi societate sola, duobus hoc fieri generibus: trãquillo enim vectorẽ demissis palmulis ferire vt remis: si vero flatus inuitẽt, easdẽ in vsum gubernaculi porrigi, pãdíq; cõcharũ sin⁹ auræ huius voluptatẽ esse, vt ferat: illi⁹, vt regat. Quod si Plini⁹ putasset acatiũ posse dici, Latine actuariũ nõ credo Græco vocabulo vsus fuisset Mutianus, quẽ authorẽ sequitur, & refert Rom. hominẽ & ter cõsulẽ. Aul⁹ Hirti⁹ de bello Alexãdrino dixit nauigiũ, quod ἀκάτιον Plutarch⁹ in Cæsare, τρίτον δὲ, περὶ τῇ Φάρῳ μάχης συνεστώσης κατεπήδησε μὲν ἀπὸ τοῦ χώματος εἰς ἀκάτιον καὶ παρεβοήθει τοῖς ἀγωνιζομένοις ἐπιπλεόντων δὲ πανταχόθεν αὐτῷ τῶν αἰγυπτίων ῥίψας αὑτὸν εἰς θάλασσαν ἀπενήξατο μό-

2008 Ministerio de Cultura

λις καὶ χαλεπῶς. Tertio autē prælio ad Pharū inito ab aggere in acatiū desiliit, & decertātibus auxiliū tulit. Cōcurrētibus verò in se vndiq; AEgyptiis, se in mare deiecit, víxq; ad suos enatauit. Hirti9 autē sic, Cæsar quoad potuit, cohortādo suos ad pontē & munitiones contendere, eodē in periculo versatus est. Postquàm vniuersos cedere animaduertit, in suū nauigiū se recepit: quò multitudo hominum insequuta cū irrūperet, neque administrandi neque repellendi à terra facultas daretur: fore quod accidit suspicatus, sese ex nauigio eiicit: atq; ad eas quæ cōstiterāt lōgius naues adnatauit. Trāquillus scaphā vocat, his verbis, Eruptione hostiū subita cōpulsus in scaphā pluribus eodē præcipitātibus, cū desiluisset, in mare nādo per ducētos passus euasit ad proximā nauem. Fuerūt tamē & maxima acatia: vt ex Polybio in primo collegisse memini, παρεσκεύαζον δὲ καὶ τὰ περὶ λοιπὰ τῶν πλοίων τριήρεις καὶ πεντηκοντόρους καὶ τὰ μέγιστα τῶν ἀκατίων. Reliqua præterea nauigia expediebāt triremes & actuarias naues & maxima acatia. ἄκατος etiā dicitur à Thucyd. & Luciano de veris narrationib9, qui agebatur velis potius quàm remis, καὶ τὴν ναῦν, ἄκατος δὲ ἦν, ὡς πρὸς μέγαν καὶ βίαιον πλοῦν, ἐκρατυνάμην: & nauē quæ acatus erat, vt ad lōgā sæuámq; nauigationem ferēdā esset idonea, armandam instruendámque curaui. Et paulo post subdit, καὶ οὐκ ἔτι οὐδὲ στεῖλαι τὴν ὀθόνην δυνατὸν ἦν, ἐπιτρέψαντες οὖν τῷ πνεύματι. Neque amplius contrahere vela in potestate nostra erat: quæ quidē vento permisimus.

2008 Ministerio de Cultura

Thucyd. in ſeptimo, ἔκλειον οὖν τόν τε λιμένα εὐθὺς τὸν μέγαν ἔχοντα τὸ στόμα ὀκτὼ σταδίων μάλιστα τριήρεσι πλαγίαις καὶ πλοίοις καὶ ἀκάτοις ἐπ' ἀγκυρῶν ὁρμίζοντες. Clauſerunt igitur ſtatim portum maiorem, cuius fauces octo ſtadiorũ interuallo patebant: ídque effecerunt obliquis triremibus nauigiíſque, & acatis in ore eius collocatis, anchoríſque firmatis. Idẽ Thucyd. ἀκάτιον ἀμφήρικον dixit, ἐν ᾧ ἕκαστος τῶν ἐλαυνόντων δικωπίας ἐρέττει his verbis, οὗτοι τοιόνδε ἐποίησαν ἀκάτιον ἀμφήρικον ὡς λησταὶ ἐκ πολλοῦ πεθεραπευκότες τὴν ἄνοιξιν τῶν πυλῶν ἀνετίθεσαν ἐπὶ ἁμάξῃ πείθοντες τὸν ἄρχοντα διὰ τῆς τάφρου κατακομίζειν τῆς νυκτὸς ἐπὶ τὴν θάλασσαν. Illi tale quiddam fecerunt Acatium ambireme, ceu prædones multo antea aucupantes facultatem aperiendarum portarum impoſuerunt currui: quo nocte intempeſta (permiſſu magiſtratus) per foſſam trãſportarent ad mare. Diſtuli in hunc locum dicere de lembis, quos Virgilius in primo Georgicõ ponit inter fluuialia, his verſibus,

Non aliter quàm qui aduerſo vix flumine lembũ
Remigiis ſubigit, ſi brachia forte remiſit:
Atque illum in præceps prono rapit alueus amne.

Liuius lẽbos videtur habere inter actuaria, decadis quartæ libro quarto, Naues quas ciuitatibus maritimis ademiſſet, redderet: néve ipſe nauẽ vllã præter duos lẽbos qui nõ plus quàm ſedecim remis agerẽtur, haberet. Idẽ Liuius decadis tertiæ lib. primo vocat actuarias naues eas quæ à Polybio lẽbi dicũtur,

2008 Ministerio de Cultura

dum ait, Ab actuariis aliquot nauibus ad alterã ripã pertrahitur. Polybius autẽ, οἷς ἔμελλον οἱ λέμβοι ῥυμουλκοῦντες οὐκ ἐάσειν, &c. Sed ea videbimus in rate vbi agetur de trãsportãdis ab Annibale elephãtis. Erãt & maiores lembi ad belli vsum non inutiles. Itaq; classem lemborũ legimus nõ semel apud Liuiũ, & maxime decadis quintæ lib. quinto, Antenor qui cũ classe lẽborũ ad Phanas stabat, Cassandriã inde traiecit. Idẽ Liui⁹ decadis quartæ lib. I I, Peninsula est Peloponnesus angustis Isthmi faucibus continẽti adhærẽs, nulli aptior atq; opportunior quàm nauali bello. Si centũ tectæ naues, & quinquaginta leuiores apertæ, & centũ triginta Issiaci lẽbi maritimã orã vastare, & expositas propè in ipsis litoribus vrbes cœperint oppugnare. Diodorus lib. x x, ἀθροίσας τοὺς ἀδροτάτους τῶν λέμβων καὶ τούτους καταφράξας σανίσι καὶ θυρίδας κλειστὰς κατασκευάσας ἐνέθετο μὲν τῶν τρισπιθάμων ὀξυβελῶν τοὺς ἐξωτάτω βάλλοντας καὶ τοὺς τούτοις κατὰ τρόπον χρησομένους. Id est, Cõgregatis iis lẽbis qui maxime expediti videbãtur, iisq; cratib⁹ & pluteis cõtectis, additis quoq; fenestris quæ clauderẽtur, imposuit machinas quæ tela quàm lõgissime emittere valerẽt: eósq; homines qui illis machinationibus exacte vti possent. Quibus etiã veluti præcursoribus, vel vt Cæsaris verbo vtar, antecessoribus vtebatur. Polybius in primo, ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς ἐκ τῶν συνεχουσῶν προκατεσταλμένοις ταμιείοις ἀπήγγειλαν οἱ προπλεῖν εἰθισμένοι λέμβοι τὸν ἐπίπλουν τῶν ὑπεναντίων. Id est, Similiter

© 2008 Ministerio de Cultura

& quæstorib⁹ qui à Syracusanis præmissi erãt, enũtiarũt lẽbi qui solebãt antecedere aduersariorũ incursum & aduẽtũ. Thucyd. in in sexto πρόπλους ναῦς vocat eas quæ præmissæ fuerãt, καὶ τὰς πρόπλους ναῦς ἐκ τῆς ἐγέστης ἅμα προσέμενον βουλόμενοι εἰδέναι περὶ τῶν χρημάτων εἰ ἔστιν. Et naues exploratorias ex Egesta simul expectabant, cupiẽtes de nũmis fieri certiores, an curati essẽt necne. Et paulo post, αἱ δ᾽ἐκ τῆς ἐγέστης τρεῖς νῆες πρόπλοι παραγίγνονται τοῖς ἀθηναίοις ἐς τὸ ῥήγιον ἀγγέλλουσαι ὅτι τἄλλα μὲν οὐκ ἔστι χρήματα ἃ ὑπέσχοντο. Id est, Egesta tres naues, quæ explorãdi causa præmissæ erãt, præsto fuere Atheniẽsibus ad Rhegiũ: nũtiarũntq; nullã curatã pecuniã quã polliciti fuerãt. Plutarchus in Catone κατασκοπικὰ vocat, ἦσαν δὲ πεντακοσίων μὲν οὐκ ἐλάττους αἱ μάχιμοι: λιβυρνικὰ δὲ καὶ κατασκοπικὰ καὶ ἄφρακτα παμπληθῆ. Id est, Erãt nõ minus quàm quingentæ aptæ ad præliandũ: Liburnicæ autẽ & exploratoriæ apertæque ingẽti numero. Quibus Thucyd. verbis exploratoria potius quàm speculatoria nauigia significãtur, quæ à Græcis & in his Plutarcho κατασκοπικὰ dicũtur, & aliquot Latinis. Aulus Hirtius in quinto, Literísq; celeriter in Siciliã ad Atticũ & Rabiriũ Posthumiũ cõscriptis, & per catascopũ missis, vt sine mora, aut vlla excusatione hyemis ventorúmq; exercitus sibi quàmcelerrime trãsportarentur. Tullius in quinto ad Atticũ catascopiũ dixit in loco suprà citato, Aphracta Rhodiorũ, & dicrotum Mitylenorũ, & aliud catascopiũ. Liuius deca-

2008 Ministerio de Cultura

dis tertiæ lib. II. speculatorias dixit, Inde duæ Massiliētiū speculatoriæ præmissæ retulerūt classem Punicā stare in ostio fluminis. Polybius in tertio, προαπέστειλαν κατασκευασμένας δύο ναῦς ταχυπλοοῦσας μασσαλιωτικάς. Cæsar etiā in quarto speculatoria nauigia protulit, Quod cū animaduertisset Cæsar, scaphas lōgarum nauiū, itē speculatoria nauigia militibus cōpleri iussit: & quos laborātes cōspexerat, iis subsidia summittebat. κέλης, vt mihi quidē videtur, ponēdus est inter actuaria, dictus per metaphorā equi celitis, quòd vnico tātū per trāstra remo agatur: κέλης enim equus dicitur qui ab vno sessore agitatur & regitur. Palephatus περὶ κενταύρων, νεανίσκοι δέ τινες ἐκ τῆς ὑπερείας ἐκ κώμης τινὸς καλουμένης νεφέλης ἐπινόουσιν ἵππους κέλητας διδάξαι. πρότερον γὰρ οὐκ ἠπίσταντο ἐφ' ἵππων ὀχεῖσθαι: ἀλλὰ μόνον ἅρμασι ἐχρῶντο. Id est, Iuuenes quidam è radice mōtis profecti à vico quodam vocato Nebula, excogitant equos celetas cōdocefacere, in iísque sedere. Nam ante id tēpus nesciebāt in equis sedere: sed solū curribus vtebantur. Quibus verbis planū fit, quid sit κέλης equus, ex quo κέλης dictus, quòd vno remo, & nō binis aut ternis per sedilia ageretur: cum tamē plures remiges haberet. Polybius in quinto, ἔλαβε δὲ καὶ κέλητα περὶ τὸ ῥίον αἰτωλικὸν ὁμοῦ τῷ πληρώματι. Id est, Cepit & celocē secūdū Rhiū AEtolicū simul cū sociis naualibus. dicitur & κελήτιον. Thucyd. in primo, ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς ἄνδρας ἐς κελήτιον ἐμβιβάσαντας ἄνευ κηρυκίου προσπέμψαι τοῖς ἀθηναίοις. Visum

itaque est aliquot hominibus in paruulũ celocem impositis sine caduceo præmittere ad Atheniẽses. Idem alio loco, θηραμένης μὲν παραδοὺς Ἀστυόχῳ τὰς ναῦς ἀποπλέων ἐν κέλητι ἀφανίζεται. Id est, Theramenes quidẽ traditis Astyocho nauibus delatus in celoce extinguitur. Quo loco celocem vertit Valla fortasse nõ inepte: Gellius enim in x. his verbis vsus est, Celoces, vel, vt Græci dicunt, celetes. Xenophon in primo ἑλληνικῶν, τῷ δὲ ἐτεονίκῳ ὑπηρετικὸς κέλης πάντα ἐξήγγελλε τὰ περὶ τὴν ναυμαχίαν. Id est, Eteonico autem omnia quæ in prælio contigerant, per exploratorium celocẽ nuntiata sunt. Idem in quarto de Brasida, αὐτὸς δὲ ἐν κελητίῳ ἄπωθεν, ἐφεπόμενος. Sic verterẽ, Ipse autem paruulo celoce eminus subsequẽs. Valla vertit actuarium, & non celocem, vt sibi non satis constare videatur. Appianus in secundo de bello ciuili, ἔπεμπε τρεῖς θεράποντας ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἀπὸ. δυώδεκα σταδίων ὄντα οἱ κελήτιον ὀξὺ καὶ κυβερνήτην τὸν ἄριστον ὥστε τινὶ πεμπομένῳ πρὸς Καίσαρος ἔμελλον ἑτοιμάσειν. Id est, Misit tres seruos ad fluuium, qui aberat duodecim stadiorum interuallo, qui instruendum curarẽt celocem celerem cum optimo rectore ab vsum eius qui veluti à Cæsare mitteretur. Plutarchus in Cæsare, πλοῖον δωδεκάσκαλμον vocat, ἀπορούμενος δὲ καὶ περιπαθῶν δεινὸν ἐβούλευσε βούλευμα κρύφα πάντων ἐς πλοῖον ἐμβὰς τὸ μέγεθος δωδεκάσκαλμον ἀναχθῆναι πρὸς τὸ Βρεντέσιον. Id est, In anxietate cõstitutus rerúmque difficultate, rem arduam excogitauit clam omnibus conscen

2008 Ministerio de Cultura

ſo duodecim ſcalmorum nauigio illinc ſeducere Brũduſium. Dicitur & ἐπακτροκέλης ab Ariſtotele in primo περὶ ἑρμηνείας, quod eſt nauigiũ prædatoriũ, ſi Suidæ credimus. A celete celetizõtes pueri dicti à Plinio libro trigeſimoquarto, capite octauo. Idẽ celetizontas pueros fecit, id eſt ſedentes in equis & eos agitantes. Ponendi ſunt & cercuri inter actuaria. Liuius decadis quartæ libro tertio, Ipſe cũ claſſe centum tectarum nauium, ad hæc leuioribus na uigiis, cercuríſque ac lembis ducẽtis proficiſcitur. Appianus in Mithridate, κέρκουρος τέ τινας ἐς τὸ ναῦς ἐσέπεμψεν αὐτῷ. Strabo etiam meminit. Eſt & ἁλιὰς inter leuiora minoráque nauigia. Plutarchus in Pompeio, ὡς οὖν εἶδον οὐ βασιλικὴν οὐδὲ λαμπρὰν οὐδὲ ταῖς Θεοφάνους ἐλπίσιν ὁμοίαν ὑποδοχὴν, ἀλλ' ἐπὶ μιᾶς ἁλιάδος προσπλέοντας ὀλίγους ἀνθρώπους. Vbi igitur vident minimè regiũ, miniméque ſplendidũ, neque Theophanis ſpei congruentem receptum: ſed in vnico nauigiolo nauigãtes paucos viros. Cum non ſatis ſcirẽ quod genus nauigii eſſet ἁλιὰς, adii Appianũ qui in eodẽ hiſtoriæ loco ſic ait, κυρωθείσης δὲ τῆς γνώμης σκάφος εὐτελὲς ἐπ' αὐτὸν ἐπέμπετο, ὡς τῆς θαλάσσης οὔσης ἀλιτενοῦς, καὶ μεγάλαις ναυσὶ οὐκ εὐχεροῦς. Id eſt, Approbata ab omnibus ſententia, miſerunt ad eum vile nauigium: propterea quòd mare illic diceretur vadoſum, miniméque capax magnarum nauium. Cæſar etiam in tertio de bello ciuili nauiculam paruam vocat, quam ἁλιάδα dixit Plutarchus, Ab his

2008 Ministerio de Cultura

liberaliter ipſe appellatus, & quadã notitia Septimii productus, quòd bello prædonum apud eum ordinem duxerat, nauiculam paruam conſcendit cum paucis ſuis:& ibi ab Achillia & Septimio interficitur. Plutarchus in Timoleonte oneri aptam & frumentariam fecit, propterea quòd neceſſitas vrgeret, dum ait, σῖτον ἐκ κατάνης μικροῖς ἁλιάσι καὶ λεπτοῖς ἀκατίοις ἀποστέλλων. Idem Plutarchus in eo libro qui ἀποφθέγματα inſcribitur, quid ſit ἁλιὰς, apertius declarare videtur, quàm vt dubitare debeamus: vbi de eadem fuga Pompeii tractat, Μετὰ δὲ τὴν ἐν φαρσάλῳ μάχην φεύγων εἰς αἴγυπτον, ὡς ἔμελλε διαβαίνειν ἐκ τοῦ τείχους εἰς ἁλιευτικὸν πλοῖον ἀποστείλαντος τοῦ βασιλέως. Vides vt quem ſuprà dixerat ἁλιάδα, nunc vocet ἁλιευτικὸν πλοῖον: id eſt nauem piſcatoriam: vt nemo vel mediocris iudicii dubitare queat, quin ἁλιὰς ſit ἁλιευτικὸν πλοῖον. Sic eruenda veritas rerum obſcurarũ conquirendis conferendíſque inter ſe authorum locis.

2008 Ministerio de Cultura

Fluuiatilium nauium formas in antiquis monimentis tales vidimus.



2006 Ministerio de Cultura

Scapha antiqua ad vinum circunferendum.

Scapha fluuiatilis ad merces conuehendas.

2008 Ministerio de Cultura

Pontem nauibus fluuiatilibus constratum hac forma vidimus Romæ in columna Traiani.



2008 Ministerio de Cultura

Nunc de fluuiatilibus dicendum, quæ ſic dicuntur à Liuio primæ decadis libro decimo, Ibi captiuis proximo vico in cuſtodiam datis, pars fluuiatiles naues ad ſuperanda vada ſtagnorū apte planis alueis fabricatas, pars captiua nauigia armatis complent. Polybius in tertio ποτάμια πλοῖα vocat, his verbis, καταλύσας δὲ δευτεραῖος καὶ γεφυρώσας τοῖς ποταμίοις πλοίοις τὴν διάβασιν ἀσδρούβᾳ μὲν ἐπέταξε διακομίζειν τὸ πλῆθος, αὐτὸς δὲ διαβὰς εὐθέως ἐχρημάτιζε τοῖς παραγεγονόσι πρεσβευταῖς ἀπὸ τῶν συνεγγὺς τόπων. Id eſt, Cum ſecundo die conſtitiſſet, fluménque ponte fluuiatilibus lembis impoſito iunxiſſet, Aſdrubali negotium dedit exercitum traiiciendi: ipſe autem traiecto ſtatim flumine reſponſa dabat legatis, qui aderāt à locis propinquis. Diodorus libro vigeſimo, καὶ πολλῶν μὲν σκαφῶν ποταμίων αὐτῷ παρεσκευασμένων, πάντων δὲ τούτων ἐχόντων βέλη παντοῖα καὶ τοὺς χρησομένους αὐτοῖς ἄνδρας, οἱ περὶ τὸν Ἀντίγονον μετρίως ἠπορῦντο. Id eſt, Multis illi conquiſitis fluuiatilibus nauigiis: iis autem omnibus habentibus multiplicia telorum genera, viróſque qui iis ex arte vti ſcirēt, Antigonus cum ſuis non leuiter premebatur. Idem in eodem de Semiramide, διεσκευάσατο κατασκευάζειν ποτάμια πλοῖα διαιρετὰ διὰ τὴν μετακόμισιν διακεκομμένα καὶ πάλιν ἁρμοζόμενα. Id eſt, Curauit conſtruenda nauigia fluuiatilia, quæ facilè ſoluerentur, vt expedite magis tranſportari poſſent diſſoluta: iterúmque vbi vſus eſſet, compacta. Strabo eiuſmodi naues πα-

2008 Ministerio de Cultura

κτώνας vocat libro decimoſeptimo, διέβημεν δὲ εἰς τὴν νῆσον ἐπὶ πάκτωνος: ὁ δὲ πάκτων διὰ σκυταλίδων πεπηγὸς ἐστι-σκάφιον ὥστε ἐοικέναι διπλοκίνῳ. Quod idem author πορθμεῖον vocat. Inter fluuiatiles ſunt lintres quæ remis agebātur, vt palàm fit ex Cæſare in ſeptimo Commentariorum, Cōquirit etiam lintres: has magno ſonitu remorum incitatas in eandem partem mittit. Liuius decadis tertiæ libro primo, Itaque ingēs coacta vis nauium eſt lintriúmque temere ad vicinalem vſum paratarum. Tullius pro Milone, Repēte lintribus in eam inſulam materiam, calcem, cementa, atque arma conuexit. Extat iocus apud Tullium de claris oratoribus, quem C. Iulius in perpetuum notauit, cum ex eo in vtranque partē toto corpore vacillante quæſiuit, quis loqueretur è lintre. Fiebant quoque naues vitiles è corio in Britannico oceano Plinii tempore, vt teſtatur in ſeptimo, Etiam nunc in Britannico oceano vitiles corio circunſutæ fiunt, in Nilo ex papyro & ſcirpo & arundine. Herodotus quoque in κλειῷ eiuſmodi naues fluuiatiles admiratur, τὰ πλοῖα αὐτοῖσι ἐστὶν τὰ κατὰ τὸν ποταμὸν πορευόμενα ἐς τὴν βαβυλῶνα ἐόντα κυκλοτερέα πάντα σκύτινα. Ἐπεὰν γὰρ ἐν τοῖσι ἀρμενίοισι καθύπερθε ἀσσυρίων οἰκημένοισι νομέας ἰτέης ταμόμενοι ποιήσωνται περιτείνουσι τούτοισι διφθέρας στεγαστρίδας ἔξωθεν ἐδάφεος τρόπον, οὔτε πρύμνην ἀποκρίνοντες, οὔτε πρῴρην συνάγοντες: ἀλλ᾽ ἀσπίδος τρόπον κυκλοτερέα ποιήσαντες καὶ καλάμης πλήσαντες πᾶν τὸ πλοῖον τοῦτο ἀπιᾶσι κατὰ τὸν ποταμὸν φέρεσθαι φορτίων πλήσαν-

2008 Ministerio de Cultura

πες: μάλιστα δὲ βίκους φοινικίους κατάγουσι οἴνου πλέους, ἰθύνεται δὲ ὑπὸ δύο πλήκτρων καὶ δύο ἀνδρῶν ὀρθῶν ἑστεώτων, καὶ ὁ μὲν ἕλκει τὸ πλῆκτρον: ὁ δὲ ἔξω ὠθεῖ. ποιέεται δὲ καὶ κάρτα μεγάλα ταῦτα τὰ πλοῖα καὶ ἐλάσσω, τὰ δὲ μέγιστα αὐτέων καὶ πεντακισχιλίων ταλάντων γόμον ἔχει: ἐν ἑκάστῳ δὲ πλοίῳ ὄνος ζωὸς ἔνεστι, ἐν δὲ τοῖσι μέζοσι πλεῦνες. Nauigia illis sunt, quæ secundo flumine deferũtur Babylonem versus: omnia circulari forma eáque ex aluta. Pastores enim Armenii, qui supra Assyrios incolunt, id genus nauigii ex cesis salicibus cõstruunt, circumpositis pellibus extrorsus, quibus tegumenti vice vtuntur, carinæque loco, nulla neque puppis, neq; proræ forma discreta, verum scuti instar in orbem composita stipula referciunt: illúdque nauigium flumini promittũt mercibus onustum: præcipue autem bicos è palmarum foliis comportant vino refertos. Regũtur autem à gubernaculis duobus cum totidem hominibus qui stant: quorum alter trahit, alter extrinsecus propellit. fiunt autem & hæc nauigia valde magna, nonnulla & minora. Eorum autem maxima ferunt onus talentorum quinque milliũ. Inest & in vnoquoque nauigio asinus viuus, in maioribus etiam plures. Diodorus Siculus libro decimonono, vbi de adnauigantibus ad Asphattum in quodam lacu miram rationem non nauium sed fascium, quæ tamen vsum nauium præstent, refert his verbis, παρασκευασάμενοι γὰρ δεσμὰς καλάμων εὐμεγέθεις ἐμβάλλουσι εἰς τὴν λίμνην. ἐπὶ δὲ τού-

2008 Ministerio de Cultura

των ἐπικάθηνται οὐ πλείω τριῶν, δύο μὲν ἔχοντες πρὸς δεδεμένας πλάτας κωπηλατοῦσι, εἷς δὲ φορῶν τόξα τοὺς προσπλέοντας ἐκ τοῦ πέραν ἢ βιάζεσθαι τολμῶντας ἀμύνεται. ὅταν δὲ πλησίον γένωνται τῆς ἀσφάλτου πελέκεις ἔχοντες ἐπιπηδῶσι, καὶ καθάπερ μαλακῆς πέτρας ἀποκόπτοντες γεμίζουσι τὴν δεσμίω, εἶτα ἀποπλέουσι εἰς τοὐπίσω. ἂν δέ τις αὐτῶν ἀποπέσῃ τῆς δεσμῆς διαλυθείσης, μὴ δυνάμενος νεῖν, οὐ καταδύεται καθάπερ ἐν τοῖς ἄλλοις ὕδασι, ἀλλ' ἐπινήχεται τοῖς ἐπισταμένοις ὁμοίως. φύσει γὰρ τοῦτο τὸ ὑγρὸν παραδέχεται βάρος, ᾧ συμβαίνει μετέχειν αὐξήσεως ἢ πνοῆς ἔξω τῶν στερεῶν. Id est, Calamorum fasces admodum ingentes inter se coniungũt immittúntque in paludẽ, in quibus insident non plures tribus hominibus: quorum duo habent adalligatos remos latos, iísque remigant. Alius verò ferens arcus adnauigãtium ex aduerso, vel vim inferre conantiũ, impetum propulsat. Vbi verò propius ad asphaltum accessere, arreptis securibus operi intendunt: & tanquam è molli petra excidentes implent ratem colligatam è fascibus: deinde retro reuertuntur. Quòd siquis eorum dissoluta rate in aquam incidat natandi nescius, non pessum it, vt in aliis aquis fieri solet: sed perinde atque periti natandi supernatat. natura enim illud humidum, pondus sustinet omne, cui contigit participem esse incrementi, vel spiritus extra quàm si de solidorum genere fuerit. Nec istorum ratis absimilis est prouerbiali illi, quem ῥίπα Græci vocãt. Lucianus, Ἐπὶ ῥιπὸς ὡς ἡ παροιμία φησὶ τὸν αἰγαῖον ἢ τὸν ἰόνιον διαπλεῦ-

σει θήλοντα. Strabo in decimoquinto, χωδίαις καλαμίναις dixit, vbi de ἀσφάλτῳ mentionem facit. Fuerũt & monoxylæ lintres, vt apud Pliniũ in ſexto, Regio autẽ ex qua piper monoxylis lintribus Baracem cõuehitur, vocatur. Quas deſignare videtur Liuius decadis tertiæ libro primo, Nouáſque alias primum Galli inchoantes cauabãt ex ſingulis arboribus: deinde & ipſi milites ſimul copia materiæ, ſimul facilitate operis inducti, alueos informes nihil dummodo innare aquæ, & capere onera poſſent, curantes raptim faciebant. Alueum autem pro carina videtur ſumpſiſſe Liuius decadis tertiæ libro tertio, dum ait, Ibique adeò non armamenta modo, ſed etiam aluei nauium quaſſati erãt. Subductæ naues dum reficiuntur aliquantum temporis cõtriuerũt. Salluſtius in bello Iugurthino, Hique alueos nauium inuerſos pro tuguriis habuere. Alueum etiam pro vaſe ligneo poſuit idem Liuius in primo, Tenet fama, cum fluitantẽ alueum quo expoſiti erant pueri, tenuis in ſicco aqua deſtituiſſet, lupã ſitiẽtem ex mõtibus, qui circa ſunt, ad puerilẽ vagitũ curſum flexiſſe. Quẽ alueũ Plutarchus in Romulo σκάφην vocat, ἐνθέμενος οὖν εἰς σκάφην τὰ βρέφη κατέβη μὲν ἐπὶ τὸν ποταμὸν ὡς ῥίψων. Impoſitis in alueũ pueris deſcendit ad fluuiũ vt proiecturus. Scapha enim non ſolũ nauiculã ſignificat, ſed etiam vas concauum, quod etiam nunc nomen retinet apud Venetos. Plutarchus in Demetrio,

2008 Ministerio de Cultura

ἐφόλκιον appellat, καὶ κατὰ ναῦν ἀτρέμας ἔχειν πάντας αὐτὸς ἐμβὰς εἰς τὸ ἐφόλκιον ἐξῆλθε μόνος. Iussisque in naui omnibus conquiescere, ipse conscendens in scapham exiit solus. Plane scapha est tanquã in instrumento nauis: & siquis nauem cum instrumento emerit, præstari ei debet scapha secundum Labeonem in tractatu De fundo instructo: etiamsi Paulus id notet, dicátque scapham mediocritate non genere à naue differre. Erat longarum nauium, vt cõstat ex quarto Commentariorum Cæsaris, his verbis, Quod quum animaduertisset Cæsar, scaphas longarum nauium, item speculatoria nauigia militibus compleri iussit. quæ verba suprà citauimus. Liuius decadis tertiæ libro quinto, Inde acceptus scapha in arcem confugit. Et in eodem, Exceptis in præparatas scaphas nautis. Veneti schipho & copano vocant nauiũ onerariarũ, id est batello. Lucianus δικωπίαν vocat, dum ait, ἐγὼ πρεσβύτης ὢν τὴν δικωπίαν ἕλκων ἐρέττω μόνος. Tullius secundo de inuentione, Postea aliquãto ipsos quoque tẽpestas vehementius iactare cœpit vsque adeo, vt dominus nauis, cum idem gubernator esset, in scapham confugeret. σκάφος autẽ in neutro accipitur pro cõmuni nauiũ cuiuscunq; generis vocabulo, vt vidimus in plerisque locis suprà citatis. inde σκάφη τετρηρικὰ apud Diodorũ in XX. pro nauibus quadriremibus, συνέβη πολλὰ τῶν τετρηρικῶν σκαφῶν ὑπὸ τοῦ χειμῶνος κατενεχθῆναι παραβόλως ἐπὶ πόλιν ἔχουσαν δυσπροσόρμιστον καὶ τεναγώδη.

Idem in eodem, διεφθάρη δὲ ἐν τούτῳ τῷ ἔργῳ τρία σκάφη τῶν πεντηκοντόρων, ἐξ ὧν ἔνιοι τῶν ἀνδρῶν διενήξαντο. Dicitur & σκαφίδιον, quo vocabulo non semel vtitur Lucianus, χάρων μηδὲ διαψύξαι τὸ σκαφίδιον. Cymbam Latini, & in iis Iuuenalis,

Atque vna transire vadum tot millia cymba
Nec pueri credunt.

Sumitur & σκάφος, pro concauitate & vẽtre nauis, ἀπὸ τοῦ σκάπτειν. Inde scaphium, pro vase, vt diximus in tractatu De vasculis, & etiã pro ligone eo quo exercebantur Athletæ. Inde apud Iuuenalẽ, Et ride scaphium positis quum sumitur armis. οἱ δὲ γυμναστὰι τούτοις ἐχρῶντο ὑπὲρ γυμνασίας τῇ σκαπάνῃ σκάπτοντες καὶ τὰ ἄνω μέρη ἀναῤῥωννῦντες. Id scriptum inueni in scholiis Græcis in quartam eclogam Theocriti, si tibi probabitur eius authoritas. Cuius scaphii meminit Plutarchus in Arato, ἐπιφαίνεται δ᾽ ἀμέλει καὶ ταῖς εἰκόσιν ἀθλητική τις ἰδέα καὶ τὸ συνετὸν προσώπου καὶ βασιλικόν: οὐ παντάπασιν ἀρνεῖται τὴν ἀδηφαγίαν καὶ τὸ σκαφίον. Id est, Extat enim & imaginibus illius species quædam athletica, regiáque illa & cogitabunda vultus forma: non omnino negare videtur, victum pugilicum, aut etiam scaphium. Idem Plutarchus περὶ δυσωπίας, ὡς γὰρ ὁ γεωργὸς ἄγριον μὲν ἐκκόπτων βλάστημα καὶ ἀγεννὲς αὐτόθεν ἀφειδῶς ἐμβαλὼν τὸ σκαφεῖον ἀνέτρεψε τὴν ῥίζαν. Quemadmodũ enim agricola fruticem agrestem exscindere cupiens, intrepide demisso ligone radices ipsas euertit. Idem, εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτ. οὐδὲ γὰρ τὰ σώματα παντελῶς

2008 Ministerio de Cultura

ἀκίνητα καὶ ἀγύμναστα περιορῶμεν, ὅτι μὴ δυνάμεθα σκαφείοις μηδὲ ἀλτῆρσι χρῆσθαι. Id eſt, Neque enim corpora prorſus immota inexercitatáque ſinimus: propterea quòd non valeamus ligone vti, neque alteribus. Ratem quam Græco vocabulo ſchediã vocat, ponit Vlpianus inter naues in tractatu De exercitoria, dum inquit, Nauem accipere debemus ſiue marinam, ſiue in aliquo ſtagno nauiget, ſiue ſchedia ſit. Et veriſimile eſt id genus nauium primum fuiſſe, vt legimus apud Diodorum in loco ſuprà prolato, vbi de argo naue mentio facta eſt. Virgilius in ſecundo Georg. Et pandas ratibus poſuere carinas. Plinius in ſeptimo, Antè ratibus nauigabatur inuentis in mari rubro inter inſulas à rege Erythra. Tullius nono ad Atticum, Legebam tuas literas, cum mihi affertur à Lepta circunuallatum eſſe Pompeium, ratibus etiam exitus portus teneri. Quod ipſum conuenit cum eo quod ſcriptum ab eo ipſo Cæſare in primo de bello ciuili, Quorum operum hæc erat ratio, qua fauces erãt anguſtiſſimæ portus, molem atque aggerem ab vtraque parte litoris iaciebat: quòd his locis mare erat vadoſum, longius progreſſus cum aggere, altiore aqua cõtineri nõ poſſet. Rates duplices quoquouerſus pedum triginta è regione molis collocabat: has quaternis anchoris ex quatuor angulis diſtinebat, ne fluctibus mouerentur. Vitruuius in ſecundo, vbi de Larice, Sed quum portatur, aut in

2008 Ministerio de Cultura

nauibus, aut supra abiegnas rates collocatur. Plinius libro tertio, capite quinto, dicit Tyberim nauigari trabibus verius, quàm ratibus, his verbis, Sed Tyberis propter aspera & confragosa, ne sic quidem præter quàm trabibus verius, quàm ratibus longe meabilis fertur. Græci, vt dixi, σχεδίας vocāt. Polybius in tertio, vbi de Annibale qui dum Rhodanū trāsportādos curat elephātos, ratibus vsus est, ἐγένετο δὲ ἡ διακομιδὴ τῶν θηρίων, τοιαύτη τις· πήξαντες σχεδίας κατὰ δύο καὶ πλείους, ἀραρότως τούτων δύο πρὸς ἀλλήλας ζεύξαντες βιαίως ἤρεισαν ἀμφοτέρας εἰς τὴν γῆν κατὰ τὴν ἔμβασιν τοῦ ποταμοῦ, πλάτος ἐχούσας τὸ συναμφότερον ὡς πεντήκοντα πόδας. ταύταις δὲ συζευγνύντες ἄλλας ἐκ τῶν ἐκτὸς προσήρμοζον, προτείνοντες τὴν κατασκευὴν τοῦ ζεύγματος εἰς τὸν πόρον. τὴν δὲ ἀπὸ τοῦ ῥεύματος πλευρὰν, ἠσφαλίζοντο τοῖς ἐκ τῆς γῆς ἐπιγείοις, εἰς τὰ περὶ τὸ χεῖλος πεφυκότα τῶν δένδρων ἐνάπτοντες, πρὸς τὸ συμμένειν καὶ μὴ παρωθεῖσθαι τὸ ὅλον ἔργον κατὰ τοῦ ποταμοῦ. ποιήσαντες δὲ πρὸς δύο πλέθρα τῷ μήκει τὸ πᾶν ζεῦγμα τῆς προβολῆς, μετὰ ταῦτα δύο περιπηγάς, σχεδίας διαφερόντως τὰς μεγίστας προσέβαλον ταῖς ἐσχάταις. πρὸς αὑτὰς μὲν βιαίως δεδεμένας. πρὸς δὲ τὰς ἄλλας οὕτως, ὥστ' εὐδιακόπους αὐτῶν εἶναι τοὺς δεσμούς. ῥύματα δὲ καὶ πλείω ταύταις ἐνῆψαν. οἷς ἔμελλον οἱ λέμβοι ῥυμουλκοῦντες οὐκ ἐάσειν φέρεσθαι κατὰ τοῦ ποταμοῦ. βίᾳ δὲ πρὸς τὸν ῥοῦν κατέχοντες, παρακομιεῖν καὶ περαιώσειν ἐπὶ τούτων τὰ θηρία. μετὰ δὲ ταῦτα χοῦν ἔφερον ἐπιπάσαντες πολύν. ἕως ἐπιβάλλοντες ἐξωμοίωσαν. ὁμαλὴν καὶ σύγχρουν ποιοῦντες τῇ διὰ τῆς χέρσου φερούσῃ πρὸς τὴν διάβασιν ὁδῷ. τῶν δὲ

2008 Ministerio de Cultura

θηρίων εἰθισμένων τοῖς ἰνδοῖς μέχρι μὲν πρὸς τὸ ὑγρὸν ἀεὶ πειθαρχεῖν: εἰς δὲ τὸ ὕδωρ ἐμβαίνειν οὐδαμῶς ἔτι τολμώντων, ἤγον διὰ τοῦ χώματος δύο προσδεδεμένοι. θηλείας πειθαρχούντων αὐτοῖς τῶν θηρίων. ἐπεὶ δὲ ἐπὶ τὰς τελευταίας ἐπέστησαν σχεδίας, διακόψαντες τοὺς δεσμοὺς, οἳ προσήρτηντο πρὸς τὰς ἄλλας καὶ λέμβοις ἐπισπασάμενοι τὰ ῥύματα, ταχέως ἀπέσπασαν ἀπὸ τοῦ χώματος, τά τε θηρία καὶ τὰς ὑπ᾽ αὐτοῖς σχεδίας. οὗ γινομένου διαταραχθέντα τὰ ζῶα, κατὰ μὲν τὰς ἀρχὰς ἐστρέφετο καὶ κατὰ πάντα τόπον ὥρμα. περιεχόμενα δὲ πανταχόθεν ὑπὸ τοῦ ῥεύματος ἀπεδειλία καὶ μένειν ἠναγκάζετο κατὰ χώραν. καὶ τούτῳ δὴ τῷ τρόπῳ προσαρμοζομένων ἀεὶ σχεδιῶν δυοῖν. τὰ πλεῖστα τῶν θηρίων ἐπὶ τούτων διεκομίσθη, τινὰ δὲ κατὰ μέσον τὸν πόρον, ἀπέρριψεν εἰς τὸν ποταμὸν αὐτὰ διὰ τὸν φόβον. ὧν τοὺς μὲν ἰνδοὺς ἀπολέσθαι συνέβη πάντας: τοὺς δ᾽ ἐλέφαντας διασωθῆναι: διὰ γὰρ τὴν δύναμιν καὶ τὸ μέγεθος τῶν προβοσκίδων ἐξαίροντες ταύτας ὑπὲρ τὸ ὑγρὸν καὶ διαπνέοντες, ἅμα δ᾽ ἐκφυσῶντες πᾶν τὸ παρεμπῖπτον, ἀντέσχοντο πολὺ καθ᾽ ὕδατος ὀρθὴν ποιούμενοι τὴν πορείαν. Hic lector ſciat nobis per forenſes diſceptationes non licuiſſe ſuprà ſcripta Polybii Latina facere. Quare cum vrgeremur à typographis illis in ſolutum Sipontini verba dedimus, quæ ſequuntur, Eorum traiiciendorum conſilium huiuſmodi fuit, Compluribus paratis ratibus, duas inuicem copulatas à terra in amnem porrigunt: latas pedes quinquaginta. His alias duas à parte ripæ adiiciunt, quas ne ſecũda aqua deferrentur, cõpluribus retinaculis validis ad arbores parte ripæ ſuperiori eminẽtes alligãt. Erat earum

longitudo ad ducentos pedes. Post hæc alias duas rates, quæ reliquis longe maiores erãt, extremis illis leuiter adnectũt, quò haud difficulter solui possint. Ab his pẽdebãt funes aliqui, quibus ab actuariis nauibus, postquam dissolutæ à cæteris ratibus essent, trahi in vlteriorem ripã valerent. Postremo eas omnes humo tegunt, vt beluæ per eas sine pauore, veluti per solum, progrederentur. Hoc apparatu facto, elephanti qui Indis vbique, præterquam in vndis, parere consueuerant, per stabilem ratem tanquam per viam prægradientibus duabus fœminis aguntur. Qui vbi in extremas rates applicatas transgressi sunt, extemplo resolutis, quibus leniter annexæ erant vinculis, ab actuariis nauibus pertrahuntur, nihil sane trepidantes, donec continenti agebãtur. Vbi verò soluta à cæteris rate in altum se vehi cernebãt, vndique formidine capti cedentibus ab aqua extremis aliquantum turbationis edebãt. Quietem tamẽ ipse timor faciebat, omni ex parte aquam circunspicientibus feris. Ita primis expositis, alii deinde repetiti, traiectíque sunt. Quidã timore sæuientes in flumen deciderunt: qui tamen peremptis rectoribus, incolumes euasere. Siquidẽ & põdere ipso stabiles, & magnitudine prominẽtium extra aquam narium, quibus emittere, siquid ebiberant, ac respirare poterant, pedetentim vadis progressi, ad vlteriorem ripam recti peruenerunt. Diodorus libro decimono, ἐν ταῦτα δὲ κατασκευάζεις

2008 Ministerio de Cultura

σχεδίας ἐπὶ μὲν τούτων τοὺς ἐλέφαντας διεβίβασεν εἰς ἐπίδαυρον. Et in eodē, παρασκευασάμενος δὲ πλοῖα καὶ σχεδίας ἔκ τε τῆς εὐβοίας καὶ τῆς λοκρίδος ἐπεραίωσε τὴν δύναμιν. Id est, Ibi compositis ratibus in iis elephantos traiecit in Epidaurum. Et in eodem, Comparatis nauigiis ratibúsque ex Eubœa & Locride transmisit exercitū. Thucyd. in sexto, σικελοὶ δ' ἐξ ἰταλίας, ἐνταῦθα γὰρ ᾤκουν, διέβησαν ἐς σικελίαν φεύγοντες ὀπικούς, ὡς μὲν εἰκὸς καὶ λέγεται, ἐπὶ σχεδιῶν τηρήσαντες τὸν πορθμὸν κατιόντος τοῦ ἀνέμου. Id est, Siculi ex Italia, ibi enim habitabant, traiecerunt in Siciliam fugiētes Opicos, vt fertur & verisimile est, ratibus vsi fretum traiicientes obseruata tempestate. Erant & alia nauium genera, quæ κοντωτὰ dicuntur ab Appiano & Diodoro, quòd contis propellerentur. Diodorus libro decimonono, vbi de successoribus Alexandri & de Eumene, συναχθέντος οὖν αὐτοῦ πλοίων πανταχόθεν πρὸς τὴν διάβασιν, οἱ περὶ σέλευκον καὶ πίθωνα κατέπλευσαν δυσὶ μὲν τριήρεσι, κοντωτοῖς δὲ πλείοσι. ἔτι γὰρ τὰ σκάφη ταῦτα περιῆν ἐκ τῶν ὑπ' ἀλεξάνδρου ναυπηγηθέντων περὶ βαβυλῶνα. Id est, Collectis ibi nauibus ex omni parte ad traiectum Seleucus & Pithon cum suis adueniunt cū duabus triremibus, pluribúsque nauigiis quæ contis propellebantur. Illa enim nauigia adhuc supererāt ex iis quæ Alexandri iussu ædificata fuerant Babylone. Et non longe pòst subdit, τῇ δ' ὑστεραίᾳ παρασκευασάμενοι τὰ κοντωτὰ πλοῖα περὶ. τ. τὸν ἀριθμὸν ὄντα διεβίβασαν τὸ κράτιστον τῆς δυνάμεως, οὐδενὸς παρενοχλοῦντος κατὰ τὴν ἔκβασιν. Id

2008 Ministerio de Cultura

est, Postridie comparatis circiter trecentis nauigiis, quæ contis vtebantur, robur exercitus traiecerunt, nemine traiectũ impediente. Nauigiũ pro nauigatione, & eo quẽ Græci πλεῖν dicũt, accepisse videtur Iurecõsult⁹ in L. Qui Romæ.§. Callimach⁹, in tractatu De verborum obligatione, his verbis, Idque creditũ esse in omnes nauigii dies ducentos sub pignoribus & hypothecis, mercibus à Berytho comparatis. Et paulo pòst, Ipse in Syriã per nauigium proficiscatur. Aulus Hyrtius vel Opius in quinto de bello ciuili, Ita vento certo celeríque nauigio vectus. Marcus vero Tullius vbique, quanta mea memoria est, pro eo quod Græci πλοῖον vocãt. Nec si parui nauigii & magni eadem est in gubernando scientia. primo de oratore. Tullius ad Atticum decimoquinto, Prorsus dissolutum offendi nauigium, vel potius dissipatum. In eadem, Brutus nauigia colligebat: erat animus in cursu. Idẽ in Verrem, Non ego à Vibone Veliam paruulo nauigio inter fugitiuorum ac prædonum ac tua tela venissem. Dicitur & nauigiolũ. Lentulus in epistolis familiaribus Tullii libro XII, Vt etiam à Rhodiis, vrbe, portu, statione, quæ extra vrbem est cõmeatu, aqua denique prohiberentur nostri milites: nos vix ipsi singulis cũ nauigiolis reciperemur. Quod Strabo 17. πλοιάριον dixit, πᾶσα γὰρ ἡμέρα καὶ πᾶσα νὺξ πληθύει τῶν ἐν τοῖς πλοιαρίοις καταυλουμένων καὶ κατορχουμένων ἀνέδην μετὰ τῆς ἐσχάτης ἀκολασίας καὶ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν.

2008 Ministerio de Cultura

Id est, Omnes dies, totásque noctes videre est illic homines in nauigiolis cum tibiis saltantes impudenter cum summa lasciuia cum virorũ tũ etiam muliercularum. Tullius primo de oratore nauiculam duorum scalmorum vocat, quod nauigiolum dixit Lentulus: Veneti gondulã dicunt: Citius hercle is qui duorum scalmorum nauiculam in portu euerterit, in Euxino ponto Argonautarum nauem gubernarit. Idem decimoquarto ad Atticũ, Deinde ad epulas Vestorii nauicula. Idẽ pro Flacco, Vt siqua vspiam nauicula prædonũ apparuisset, accusandus videretur. Idẽ ad Papyriũ Pætum, Hoc amplius nauicularũ habere aliquid in ora maritima contra equitem Parthum negant aliã armaturam meliorem inueniri posse. Idem ad Quirites post reditum, Cum in paludibus demersus cõcursu ac misericordia Minturnẽsium corpus ac vitam suam conseruaret, cum parua nauicula traiectus in Aphricam, quibus regna ipse dederat, ad eos supplex inópsque venisset. Idem pro Plãcio nauigiũ vocat, vbi de eodẽ Mario, Quòd nauigium dederunt, quòd eum linquentem terram, quam seruauerat, lachrymis votísque omnibus prosecuti sunt. Et pro Sextio, Inde nauigio perparuo cũ omneis portus terrásque fugeret. Plutarchus in Mario ναῦν vocat, καὶ βηλαίου τινὸς ναῦν τῷ μαρίῳ παρασχόντος. Id est, Belæo quodam nauem Mario ministrante.

NON ALIENVM fuerit & de partibus na-

2008 Ministerio de Cultura

uiū pauca dicere. Tul. lib. I I. de oratore, aliquot partes nauis poſuiſſe videtur his verbis, Linquam? naturā, artéſq; videam?. Quid tā in nauigio neceſſarium quàm latera, quàm carina, quàm prora, quàm puppis, quàm antennæ, quàm vela, quàm mali, quàm reliqua? Sunt & aliæ partes, quarū nōnullæ proprium nomē non habent, eodē authore in tertio. Vt pes in naui ipſe delicatum adoleſcentem imitatus à ſcalmo ſumam exordiū, qui Græcè σκαλμὸς dicitur: circa quē alligantur remi & ὑποσκαλμὸς σκαλμοῦ βάσις. Inde duorū ſcalmorū nauigia à Cicerone dicta, vt ſuprà diximus. Plutar. in AEmilio, τὰς δὲ ναῦς ἁπάσας ἀφείλετο, καὶ πλοῖον οὐδὲν αὐτοῖς τρισκάλμου μεῖζον ἀπέλιπε. Id eſt, Omnes naues abſtulit, nullúmque illis nauigium trium ſcalmorū maius reliquit. Tullius in tertio Officiorū, ſcalmum pro cymba, id eſt, partē pro toto, negātibus verbis poſuit, Venit ipſe mature: ſcalmū nullū videt. Atque haud ſcio an aiētibus verbis poni poſſit: qua ratione vſurpatū video ab homine doctiſſimo hac noſtra ætate: qui vir tamen nō eſt mediterraneus, ſed inſulanus. Tullius de claris oratoribus, At verò & contra Craſſus ab adoleſcēte delicato, qui cum in litore ambulās ſcalmum reperiſſet, ob eámque rē ædificare nauē cōcupiuiſſet, exorſus eſt. Veneti furculam vocant. A ſcalmo dictum eſt interſcalmiū Mar. Vitruuio de architectura primo, Et primū in ædibus ſacris, vt è columnarū craſſitudinibus, aut è

2008 Ministerio de Cultura

triglypho, aut embate in balistæ foramine, quod Græci περίτρητον vocitāt, nauibus interscalmio quæ διπηχαϊκὴ dicitur: item cæterorū operum in membris inuenitur symmetriarū ratiocinatio. Interscalmium dixit vt intercolumnium.

Latera Græci παρεξειρεσίας vocant. dicunt etiam τοῖχον εὐώνυμον καὶ δεξιὸν, dextrum, sinistrúmve latus: vt apud Iuliū Pollucē legimus. Lucianus in Ioue tragœdo, ἢ πρῴρας ἐπιμελητὴς ἀποδεδείχατ' ἂν, ἢ τοίχου ἄρχων, ἢ πάντως πρὸ τῶν ἄλλων. Id est, Vel proræ rector declarari debeat, vel lateris alterius præfectus, vel prorsus ante alios præficiatur. Et alibi, νῦν γὰρ ἢ δητείχου ἄρχω τοῦ δεξίου.

Carina apud Venetos nomen retinet, la carena: Græce τρόπις dicitur. Lucianus in Nicyllo, ἔδει ἡ τῆς ἀργοῦς τρόπις ἐλάλησεν. Et alibi non semel. Audiui de viro docto cū diceret carinā propriè esse id quod vulgo Venetiis dicitur la columba: sed eam colūbā puto esse quod δρύοχον à Polybio dicitur. Latinū nomen (quod sciā) non habet. Verba Polybii sunt in primo, αὖθις ἔγνωσαν ἐκ δρυόχων εἴκοσι καὶ διακόσια ναυπηγεῖσθαι σκάφη. Id est, Rursus decreuerunt à fundamentis ducentas & viginti ædificare naues. Quod enim est fundamentum in domo, id est δρύοχον in naui. Sic dictum, opinor, quòd omnem δρῦν, id est materiam nauis contineat. Alueum pro carina Salustius posuit in Iugurthino, Híque alueos nauiū inuersos pro tuguriis habuere. Pomponius Iurecōsul. L. Quod in rerum, De legatis primo, Et

2008 Ministerio de Cultura

ſi nauem legauero, & ſpecialiter eam adſcripſero, eámque per partes totam refecero, carina eadẽ manẽte, nihilominus recte à legatario vindicabitur.

Sentina. Tullius de Senectute, Cum alii malos ſcandãt: alii per foros curſent: alii ſentinam exhauriant: ille clauũ tenens ſedeat in puppi. Quod Tullius dixit ſentinam exhauriãt, Lucianus in dialogo qui καταπλοῦς inſcribitur, ὅ,τι γὰρ ἄντλος ἐκκέχυται dixit. Nec tamẽ inepte vertit is qui dixit ἕτεροι δέ τινες ἀνιμῶνται τὸν ἄντλον. Sed ſatius fuerit ipſa verba ſcribere: vt iis legendis, ſi probatur author, cognoſcamus καταστρώματα ea eſſe, quos foros Latini dicunt, ἐπειδὰν τῶν μὲν ἄλλων οἱ μὲν τοὺς ἱστοὺς ἀναῤῥιχῶνται, οἱ δὲ διὰ τῶν καταστρωμάτων τρέχωσι. Quod Tulli⁹ dixit, Per foros curſent, Græcus protulit διὰ τῶν καταστρωμάτων: quod haud ſcio an verũ ſit. Tullius enim eo loco nõ de lõgua, ſed de oneraria potius loqui videtur. Aulus Gellius libro xvi. Noctiũ Attic. cap. xix, qui vtriuſque vocabuli vim ignorare non potuit, dũ refert Arionis fidicinis fabulã, ex Herodoto forũ reddidit pro ἰκρίοισι dictis ab Herodoto, vt eo authore ἴκρια fori dici debeãt. Nec fortaſſe ingratũ erit lectori vtriuſque verba hîc cõſyderãda proponere: Græca priora, quoniam antiquiora. Verba igitur Herodoti ſic habẽt, τοῦτον τὸν ἀρίονα λέγουσι τὸν πολλὸν τοῦ χρόνου διατρίβοντα παρὰ περιάνδρῳ, ἐπιθυμῆσαι πλῶσαι ἐς ἰταλίην τε καὶ σικελίην, ἐργασάμενον δὲ χρήματα μεγάλα θελῆσαι ὀπίσω ἐς κόρινθον ἀπικέσθαι. ὁρμᾶσθαι μὲν νῦν ἐκ τάραντος,

2008 Ministerio de Cultura

πιστεύοντα δὲ οὐδαμοῖσι μᾶλλον ἢ κορινθίοισι, μισθώσασθαι πλοῖον ἀνδρῶν κορινθίων τοὺς δὲ ἐν τῷ πελάγει ἐπιβουλεύειν τὸν Ἀρίονα ἐκβαλόντας, ἔχειν τὰ χρήματα. τὸν δὲ συνέντα τοῦτο λίσσεσθαι, χρήματα μὲν προϊέντα σφι ψυχὴν δὲ παραιτεόμενον οὔκων δὴ πείθειν αὐτὸν τούτοισι ἀλλὰ κελεύειν τοὺς πορθμέας ἢ αὐτὸν διαχρᾶσθαί μιν ὡς ἂν ταφῆς ἐν γῇ τύχῃ, ἢ ἐκπηδᾶν ἐς τὴν θάλασσαν τὴν ταχίστην, ἀπειληθέντα δὲ τὸν Ἀρίονα ἐς ἀπορίαν παραιτήσασθαι, ἐπειδή σφι οὕτω δοκέοι περιιδεῖν αὐτὸν ἐν τῇ σκευῇ πάσῃ στάντα ἐν τοῖσι ἑδωλίοισι ἀεῖσαι. ἀείσας δὲ ὑπεδέκετο ἑωυτὸν κατεργάσασθαι, καὶ τοῖσι ἐσελθεῖν ἡδονὴν εἰ μέλλοιεν ἀκούσεσθαι τοῦ ἀρίστου ἀνθρώπων ἀοιδοῦ ἀναχωρῆσαι ἐκ τῆς πρύμνης ἐς μέσην νέα, τὸν δέ, ἐνδύντα τε πᾶσαν τὴν σκευὴν καὶ λαβόντα τὴν κιθάρην στάντα ἐν τοῖσι ἑδωλίοισι διεξελθεῖν νόμον τὸν ὄρθιον. τελευτῶντος δὲ τοῦ νόμου, ῥῖψαί μιν ἐς τὴν θάλασσαν ἑωυτὸν ὡς εἶχε σὺν τῇ σκευῇ πάσῃ, καὶ τοὺς μὲν ἀποπλέειν ἐς τὴν κόρινθον, τὸν δὲ δελφῖνα λέγουσι ὑπολαβόντα ἐξενεῖκαι ἐς ταίναρον. Reliqua non addam, ne longior videar, cum fabula ipſa ſit omnibus nota. Gellium audiamus, cuius verba hæc ſunt, Eum Arionem rex Corinthi Periander amicum amatúmque habuit artis gratia. Is inde à rege proficiſcitur terras inclytas, Siciliã atque Italiam viſere. Vbi eò venit, aures omniũ, mentéſque in vtriuſque terræ vrbibus demulſit: in quæſtib' iſtic & voluptatibus amoribúſque hominũ fuit. Is tũ poſtea grãdi pecunia & re bona multa copioſ' Corinthũ inſtituit redire. Nauẽ igitur & nautas vt notiores amicioréſq; ſibi Corinthios delegit. Sed eo Corinthios homine accepto, nauíque in altum proue-

2008 Ministerio de Cultura

cta, prædæ pecuniæque cupidos cepiſſe conſilium de necando Arione. Tum illum ibi pernicie intellecta pecuniam cæteráque ſua vt haberent dediſſe, vitam modo ſibi vt parcerēt orauiſſe. Nautas precum eius harum commiſeritum eſſe illatenus, vt ei necem afferre per vim ſuis manibus tēperarent: ſed imperauiſſe, vt iam ſtatim coràm deſiliret præceps in mare. Homo, inquit, ibi territus ſpe omni vitæ perdita, id vnum poſtea orauit, vt prius quàm mortē oppeteret, induere permitterent ſua ſibi indumenta, & fides capere, & canere carmen caſus illius ſibi cōſolabile. Feros & immanes nauitas prolubium tum audiendi ſubit. Quod orauerat, impetrat. Atque ibi mox de more cinctus, amictu ornatus, ſtatímque in ſummæ puppis foro carmen, quod orthium dicitur, voce ſublatiſſima cantauit. Ad poſtrema cātus cum fidibus ornatúque omni, ſicut ſtabat canebátq;, eiecit ſeſe procul in profundū. Nautæ haudquaquā dubitantes quin periiſſet, curſum quem facere cœperant, tenuerunt. Sed nouum, &c. Vides optime lector vt Gellius, etiamſi ad verbū minimè curauerit vertere Herodoti verba, tamen quod Græcus dixit, ἐνδῦντα τε πᾶσαν τὴν σκευὴν καὶ στάντα ἐν τοῖσι ἑδωλίοισι διεξελθεῖν νόμον τὸν ὄρθιον Gellius ſic retulit, Amictu ornatus ſtánſq; in ſūmæ puppis foro, carmē quod orthium dicitur, voce ſublatiſſima cantauit. Quaræ ἑδώλια, ſi Gellio credimus, ſunt fori à Cicerone dicti & aliquot Latinis. Plutar

2008 Ministerio de Cultura

chus in Symposio eandē Arionis fabulam retexēs, aliis verbis vſus eſt, ait enim, κατασὰς παρὰ τὸν τοῖχον ἐν πρύμνῃ. Id eſt, Stās in puppi ad alterū nauis latus. Simul & illud nō omiſerim, Plutarchum genus illud cantionis, qui ὄρθιος dicitur ab Herodoto, νόμον τὸν πυθικὸν vocaſſe, quaſi declarans qui ſit ὄρθιος: vel fortaſſe alios authores ſecutus eſt. Fori à ferendo mihi vidētur dici, & inde foriculi apud M. Varronem in de re ruſtica, Et ideo oporothecas, qui faciunt, ad Aquilonem vt feneſtras habeant, atque vt aere perflentur, curent: neque tamen ſine foriculis: id eſt ſine tabulatis quæ poma ferāt, ego interpretor: vt fori in naui ſint tabulata, quibus ferātur nautæ per nauim.

Prora & puppis vulgò nomen paucis immutatis retinent: πρύμναν Græci dicunt, quæ puppis à noſtris dicitur. Tullius nono epiſtolarum familiariū, Sedebamus enim in puppi, clauúmque tenebamus. Thucydides libro primo, καὶ ἐθαύμαζον τοὺς Κορινθίους πρύμναν κρουομένους. Idem in tertio, οἱ δὲ ὑπεχώρουν ἤδη πρύμναν κρουόμενοι. Memini me legiſſe in Commentariis in ipſum Thucididē, πρύμναν κρούεσθαί ἐστι κατολίγον ἀναχωρεῖν μὴ στρέψαντα τὸ πλοῖον. ὁ γὰρ οὕτως ἀναχωρῶν, ἐπὶ τὴν πρύμναν κωπηλατεῖ. Appianus de bellis ciuilibus, ἔνδε τὸ ἔνοον ὡς ἐν ἀδοκήτῳ τὴν ναῦν κρούοντες ἐπὶ πρύμναν ἀνθεσπῶν, τῷ δ' αὐτὸ ποιούντων καὶ τῶν πολεμίων, ἴση μὲν ἦν ἡ βία τῶν ἀνδρῶν, οὐδὲ ἅρπαξ ἐποίει τὸ ἴδιον. Latini inhibere dicūt, quod Græci πρύμναν κρούεσθαι. Veneti vulgari voca-

2008 Ministerio de Cultura

bulo ziare dicunt. Tullius in primo de Oratore, Vt concitato nauigio quum remiges inhibuerint, retinet tamen ipſa nauis motum & curſum ſuum intermiſſo impetu pulſúque remorum. Idem xiii. ad Atticum, Nunc ad rem vt redeam, inhibere illud tuum quod valde mihi arriſerat, vehementer diſplicet. Eſt enim verbum totum nauticum, quã-quam id quidem ſciebam: ſed arbitrabar ſuſtineri remos, cum inhibere eſſent remiges iuſſi. Id non eſſe eiuſmodi, didici heri cum ad villam noſtram nauis appelleretur. non enim ſuſtinẽt, ſed alio modo remigant. Id ab ἐποχῆς remotiſſimum eſt. Quare facies vt ita ſit in libro quemadmodum fuit. Et poſtea ſubdit, Inhibitio autem remigũ motũ habet, & vehementiorem quidem remigationis nauem conuertentis ad puppim. Liuius in ſexto tertiæ decadis, Itaque ex vtraque parte ſigno dato cũ roſtris concuriſſent, neque retro nauem inhiberẽt, nec dirimi ab ſe hoſtem paterẽtur, quam quis indeptus nauem erat, ferrea iniecta manu ita conſerebant ex propinquo pugnam, vt non miſſilibus tantũ, ſed gladiis etiam propè collato pede prælia-rẽtur. Liuius ſeptimo quartæ decad. Inde tumultu iniecto, cum diuellere ſe ab hoſte cupientes inhibe-rent Rhodii, fracta anchora & implicita remis, latus alterum deterſit, debilitate ea ipſa quæ icta cohæſerat, nauim cepit. Diodorus in x x, αἱ μὲν παρέσυρον ἀλλήλων τοὺς ταρσοὺς, ὥστε πρὸς φυγὴν καὶ διωγμὸν ἀχρή-

2008 Ministerio de Cultura

σας γίνεσθαι. αἱ δὲ κατὰ πρῶραν τοῖς ἐμβόλοις συῤῥαγεῖσαι πρύμναι ἀπεχρῶντο. πρὸς ἄλλην ἐμβολὴν καὶ κατετραυμάτιζον ἀλλήλους οἱ ταύταις ἐφεστῶτες, ἀπὸ τοῦ σκότους συνέργως ἑκάστοις κειμένου. Id eſt, Aliæ inter ſe remos deterſerũt: vt ad fugam, & ad hoſtes perſequẽdos inhabiles fierẽt. Aliæ autem obuerſis inter ſe proris, concurſu roſtris facto inhibebant, vt iterum impetum repetere poſſent. Quíque in illis ſtabant milites, ſeſe mutuis vulneribus conficiebant.

Qui hominibus ad proram imperat, ipſámque regit, dicitur πρωράτης à Iulio Polluce, πρωρεὺς à Xenophonte Ἀναβάσεως quinto, οὐχ ὁρᾶτε, ἔφη, ὅτι καὶ νεύματος μόνου ἕνεκα, χαλεπαίνει μὲν πρωρεὺς τοῖς ἐν πρώρᾳ, χαλεπαίνει δὲ κυβερνήτης τοῖς ἐν πρύμνῃ; Num videtis, ait, ipſum proræ rectorẽ hominibus qui in prora ſunt, vel ob ſolum nutum ſuccenſere, gubernatorem etiam iis qui ſunt in puppi? Qui ſociis naualibus imperat, κελευστὴς dicitur ab eodem Polluce: τοίχαρχος, qui lateri: ἐσχαρεὺς, qui foco. Cum igitur πρωράτης dicatur qui proram regit: fortaſſe apud Plutarchum in vita Cleomenis locus, vt opinor, corruptus, nec ab hominibus noſtræ ætatis (quod ſciam) ſatis intellectus, emaculandus eſt. Quoniam facete dictum gratiam amiſit, dum nõ intelligitur: etiamſi ab oratore arguto Demade prolatũ ſit. Iubente enim quondam populo Athenienſi, vt triremes è naualibus producerentur, & ſociis naualibus defenſoribúſque complerẽtur: cum pecuniæ in publico eſſet

2008 Ministerio de Cultura

nullæ: panis confectio, inquit Demades, viri Athenienses, est prior ipsa prora. Hoc est, etiamsi prora sit anterior & prior nauis pars: est tamen aliquid prius, nauticum scilicet panem conficere, stipendiúmq; militibus & remigibus præbere. φυράσαι enim & φυρᾶν, est ζυμοῦν καὶ ἀναμάσσειν τὰ ἄλευρα, ex quo φύραμα deducitur, id est fermentum. est enim φυράσαι, massam farinæ subigere & miscere, vnde panis conficiatur, qui ἄρτος ναυτικὸς, id est panis nauticus dicitur. Lucianus, καὶ ἄρτους ὀκτὼ ναυτικούς. Plinius libro vigesimosecũdo, capite vigesimoquinto, Vetus aut nauticus panis tusus atque iterum coctus sistit aluum. Sed præstiterit in lectorum gratiam verba Plutarchi adscribere in Agidis & Cleo. vita, Καὶ Δημάδης τὰς τριήρεις μὲν καθέλκειν καὶ πληροῦν ποτε τῶν Ἀθηναίων κελευόντων, χρήματα δὲ οὐκ ἐχόντων, πρότερον ἐστὶν, ἔφη, τοῦ πρώρας τὸ φυράσαι. Locus corruptus: & legẽdum existimo, τῆς πρώρας, non τοῦ πρώρας: vt sic legendum sit, πρότερον ἐστὶν, ἔφη, τῆς πρώρας τὸ φυράσαι. Is qui Plutarchum vertit, cum elegantiã minimè assequeretur, frigidè nimis vertisse videtur: eum adeas, & oderis hominis inscitiã, qui tam belle dictum tam frigide reddiderit: sed ad alia properabat. Vir quidã mihi peramicus cum illi hæc nostra communicarem, cẽsuit legẽdum in Plutarcho πρότερον δεῖ, ἔφη, τὸ τοῦ πρωράτου φυράσαι, Id est prius panis conficiendus proratæ est. sed priora mihi magis placent, fortasse quia nostra: tu lector iudicabis.

2008 Ministerio de Cultura

Sunt & acroſtolia extremæ nauis partes, quæ facilè euellebãtur, cum collibitum fuerat: vt conſtat ex Diodoro Siculo x x, οἱ ῥόδιοι ταχέως τὰ μὲν ἀκροστόλια περιέσπασαν, ὕλην δὲ ξηρὰν καὶ δᾷδας ταῖς ναυσὶν ἐνέντες ἐνέπρησαν. Id eſt, Rhodii celeriter acroſtolia detraxerunt, iniectiſque malleolis & teda in naues, eas ipſas concremarunt. Appianus in Mithridate, ὥστε καὶ τριήρη αὐτοῖς ἀνδράσι ἀναδησάμενοι καὶ ἀκροστόλια πολλὰ καὶ σκῦλα ἐς τὸν λιμένα φέροντας ἐπανελθεῖν. Id eſt, Vt trireme cum ipſis hominibus religata in portum ſe receperint, multis onuſti ſpoliis, ipſiſque nauiũ acroſtoliis. quæ Latini roſtra, vt opinor, vocant, & ſiquæ ſimilia. Diodorus libro decimo octauo, vbi de ſucceſſoribus Alexandri, μετὰ δὲ ταῦτα νικάνορος καταπλεύσαντος εἰς τὸν πειραιᾶ κεκοσμημένῳ στόλῳ τοῖς ἀπὸ τῆς νίκης ἀκροστολίοις. Idem in vigeſimo, Αὐτὸς δὲ τὰς ἰδίας ναῦς κοσμήσας τοῖς ἀκροστολίοις καὶ ἀλύσεσι ἐφελκόμενος τὸν πλοῦν ἐποιεῖτο. Quæ ideo adſcribenda curaui, vt lector ſcire poſſet, in more poſitum apud antiquos ornari naues victrices captiuarum acroſtoliis. Xenophon in ſexto Ἑλληνικῶν, τὰς μὲν τριήρεις ἀκρωτηριασάμενος ἕλκων κατηγάγετο εἰς τὸν κερκυραίων λιμένα ἀκρωτηριασάμενος dixit, id eſt detractis acroſtoliis.

Antennæ etiam nomen vulgo retinent. Græci κεραίαν vocant. Aulus Hirtius in quarto, Hoſtis repẽte aduerſam ad ſe veniente͂ nauem antennis ad medium malũ demiſſis, inſtructã propugnatoribus animaduertit. Quod vbi conſpexit, celeriter

2008 Ministerio de Cultura

vela subduci, demittique antennas iubet, & milites armari: & vexillo sublato quo pugnandi dabat signum, quæ primæ naues subsequebātur, idem vt facerent, significabat.

Malus nauis à Græcis ἱστὸς dicitur. cuius partes diuersis appellationibus distinctæ à Macrobio in quinto Saturnaliū, in hæc verba, Asclepiades autē vir inter Græcos apprime doctus ac diligens, carchesia à nauali re dicta existimat. Ait enim, naualis mali partem inferiorem pternam vocari. At circa mediam ferme partem, τράχηλον dici. Summam vero partem, carchesium nominari: & inde diffūdi in vtrunque veli latus ea quæ cornua vocantur. Quis autē fuerit ille Asclepiades, scies ex Athenæo libro vndecimo δειπνοσοφιστῶν: & simul ex ipsius verbis apertius intelliges, quæ à Macrobio scripta sunt. Quare ea subiicere non grauabor, Ἀσκληπιάδης ὁ μυρλεανὸς κεκλῆσθαί φησι ἀπό τινος τῶν ἐν τῇ νηὶ κατασκευασμάτων. τοῦ γὰρ ἱστοῦ τὸ μὲν κατωτάτω πτέρνα καλεῖται ἣ ἐμπίπτει εἰς τὴν ληνόν, τὸ δ' οἷον εἰς μέσον, τράχηλος, τὸ δὲ πρὸς τῷ τέλει καρχήσιον, ἔχει δὲ τοῦτο κεραίας ἄνω συννευούσας ἐφ' ἑκάτερα τὰ μέρη. Iulius Pollux aliis verbis ferè eadem, καὶ τὸ μὲν ἀποδεχόμενον τὸν ἱστὸν ληνὰς τὸ ἐναρμοττόμενον αὐτῷ πτέρνα, τὸ δὲ τελευταῖον τὸ πρὸς τῇ κεραίᾳ, ἠλακάτη καὶ θωράκιον καὶ καρχήσιον. Vt non apud Macrobium sit legendum veli, sed mali: nec patera, sed pterna: quæ cum sciolus quispiam non caperet, videretque de vasculis tractari, pateram pro pterna nobis appo-

2008 Ministerio de Cultura

suit: vsqueadeò maculæ nostrorum Latinorũ non possunt sine collatione Græcorum elui. Pollux ipse ἠλακάτην & θωράκιον confundere videtur: quæ dilucidius videbis apud Athenæum in loco suprà citato. Nunc ad nostros iureconsultos redeamus. Malum nauis esse partem Labeo ait, quem Græci ἱστὸν vocant.

Artemonem autem non esse partem nauis Iabolenus in tractatu De verb. signif. prodidit. Est autem artemon, velum maius nauis, vt in Actis Apostolorum ad calcẽ, καὶ ἐπάραντες τὸν ἀρτέμονα τῇ πνεούσῃ κατεῖχον εἰς τὸν αἰγιαλόν. Quem locum vir doctus pro antenna interpretatus est, haud scio quàm recte. Etenim etiam nunc nomen Venetiis vulgo retinet, & artimon vocāt. Iulius Pollux ἀκάτιον vocat. Plutarchus πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν, πότερον οὖν τῶν νέων ὥσπερ τῶν Ἰθακησίων κηρῷ τινὶ τὰ ὦτα ἀτέγκτω καταπλάσσοντες ἀναγκάζωμεν αὐτοὺς τὸ Ἐπικούρειον ἀκάτιον ἀραμένους ποιητικὴν φεύγειν καὶ παρεξελαύνειν. Idem, κατ᾽ Ἐπίκουρον, ταύτας μὲν τοι τὰς τηλικαύτας καὶ τοσαύτας ἡδονάς, ὥσπερ ἀσιννάους ἐκλείποντες ἤτοι ἢ ἀποστρέφοντες, οὐκ ἐῶσι γεύεσθαι τοὺς πλησιάζοντας αὐτοῖς, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐπαραμένους τὰ ἀκάτια φεύγειν ἀπ᾽ αὐτῶν κελεύουσιν. Id est, Iubent illinc effugere passis maioribus velis. Tullius alio loco Latine dixit, velis, vt ita dicam, remísque fugienda: quod Græci dixere ἐπαραμένους τὰ ἀκάτια φεύγειν. Sic Latina cum Græcis coniungenda: quod hoc toto opere conati sumus. Quid autẽ assecuti fuerimus,

2008 Ministerio de Cultura

lector viderit. Lucianus in Ioue Tragœdo, οὐκοῦν ἔφερεν ὑμᾶς τότε ὁ ἄνεμος ἐμπίπτων τῇ ὀθόνῃ καὶ ἐμπιπλὰς τὰ ἀκάτια μᾶλλον ἢ οἱ ἐρέττοντες, ἐκυβέρνα δ' εἷς τις ἐφεστὼς καὶ ἔσωζε τὴν ναῦν. Et alibi πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν, δεήσει γὰρ τότε ποιητικοῦ τινὰ ἀνέμου ἐπουριάζοντος τὰ ἀκάτια. Quibus verbis acatia pro maiore velo accipiendum putamus, etiamſi viri aliquot alioqui docti aliter interpretati ſint.

Velis vſus primus mortalium AEolus dicitur: & propterea deus ventorum eſt habitus. Diodorus in quinto, πρὸς δὲ τούτοις τὴν τῶν ἱστίων χρείαν τοῖς ναυτικοῖς εἰσηγήσασθαι καὶ διδάξαι. Id eſt, Inſuper & velorum vſum nautis introduxiſſe, rationémque vtēdi docuiſſe. Græci velum ὀθόνην dicunt, & ἱστίον: vt patet de ὀθόνη ex loco Luciani ſuprà prolato. Appianus, φυλάσσοντες ἄνεμον ἐκ πόντου πολὺν πεπετασμένοις τοῖς ἱστίοις διέθεοντο ἀδυνάτων οὐσῶν ἐπὶ τῶν τριηρῶν ὁλκάδας φερομένας ἱστίῳ καὶ πνεύματι διώκειν. Quib⁹ verbis clarius eſt, quàm vt enarrari debeat, ἱστίον pro velo à Græcis accipi.

Minus autem velum dolo, Græce δόλων dicitur. Liuius quartæ decadis libro ſexto, Iam ferme triginta in fronte erant, quibus vt æquaret læuū cornu, dolonibus erectis altum petere intendit. Idem in eodem, Quod vbi vidit Romanus, vela contrahit, malóſque inclinat, & ſimul armamenta componēs opperitur inſequētes naues. Iam ferme, &c. Et paulo poſt, Sublatis dolonibus effuſe effugere contendit. Diodorus libro decimoquinto, ἡ δὲ ναῦς

2008 Ministerio de Cultura

φορᾶ πνεύματος ἀπαλλαττομένη τοῦ δόλωνος ἀρθέντος ἐξέφυγε τὸν κίνδυνον. Plutarchus in Tyberio, ὥστε κἀκεῖνον οὐδενὸς ἀγνοοῦντος ὑποζώννυσθαι ξιφίδιον λῃστρικὸν, ὃ δόλωνα καλοῦσι. Quibus Plutarchi verbis dolonem accipere debes pro teli genere, non pro velo: vt ponitur à iurecõsulto in l. Si ex plagis, §. Tabernarius, in tractatu Ad legem Aquiliam.

Velum quod à tergo est ἐπίδρομος vocatur à Iulio Polluce. Nauis ab eodem Polluce Antigoni τριάρμενος dicitur: quæ tria vela haberet, trinósque malos. quo verbo vtitur & Lucianus in dialogo, qui πλοῖον vel εὐχαὶ inscribitur, ὃς γὰρ ἔτι ἑνὸς πλοίου τοῦ τοιοῦ δεσπότης ὢν παρήκουες βοώντων εἰ πέντε κτήσαιο πρὸς τούτῳ τριάρμενα πάντα καὶ ἀνώλεθρα οὐδὲ ὄψει δηλαδὴ τοὺς φίλους. Cum non satis scirem quid τριάρμενα significaret, consului Commẽtarios Græcorum: in quibus inueni quod subscribam: vt inde lector cõiecturam facere possit. ea sunt huiusmodi, ἄρμενα ἰδιωτικώτερον ὅμως δὲ οὐκ ἀλόγως τὰ ἱστία καλεῖν. Inde τριάρμενα dicta putaui, quæ tria vela haberent. Idem Pollux dicit. Si erat cõstrata tectáque nauis, inædificabantur πύργουχοι, id est tigna continentia turrim. Super quos duæ turriculæ dextra & sinistra: quarũ medium erat κατάστρωμα. in quibus erant homines armati, quos propugnatores vocat Tullius septima in Verrem, Præclara classis in specie, sed inops & infirma propter dimissionem propugnatorum & remigum. Polybius in primo, ἐπ' αὐτὸ τὸ στόμα τοῦ λι-

2008 Ministerio de Cultura

μένος ἐποιεῖτο τὸν πλοῦν, ἔχων καθωπλισμένους, καὶ πρὸς μάχην ἑτοίμους τοὺς ἄνδρας ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων. Id eſt, In ipſis faucibus portus adnauigabat, habẽs armatos propugnatores, paratóſque ad pugnam viros: qui in cataſtromatis & foris erant. Quibus verbis planũ fit milites armatos in prælio nauali ſolere certare & propugnare è cataſtromatis. In locum quorum hodie vtuntur, des baleſtrieres, ſic enim vocant Veneti: non quòd hæ ſint ea quæ καταστρώματα dicuntur, ſed eorum vſum præſtant. Et fortaſſe non inepte dixerimus cataſtromata ea, quæ vulgo dicuntur Garides.

Vela dare dicimus, & vela ducere, & vela facere, & vela pãdere. Tullius II. de oratore, Si ſe dant, & (vt ante dixi) ſua ſpõte, quò impellimus, inclinant, atque propẽdent: accipio quod datur: & ad id vnde flatus aliquis oſtẽditur, vela do. Inde apud Virgiliũ, Vela dabãt læti. Aulus Hirtius, Imprudẽtes vela in altũ dederunt: ac diu multúmq; iactati, tandẽ multis poſt diebus ſiti inopiáq; cõfecti, ad Cæſarẽ peruenerunt. Liuius in quinto tertiæ decadis, Cum trigintaquinq; nauibus ex portu Syracuſano profectus libero mari, vela in altum dedit. Cæſar in ſecundo de bello ciuili, Interim aduentu longarum nauium Curio pronũtiari onerariis nauibus iubet, quæ ſtabãt ad Vticam numero circiter C. ſe in hoſtium habiturum loco, qui nõ eueſtigio ad caſtra Cornelia vela duxiſſet. Virgilius in quinto, Ve-

2008 Ministerio de Cultura

la facit tamen, & plenis subit ostia velis. Tullius Tusculanarũ quarto, Vtrũ igitur mauis statímne nos vela facere, an quasi è portu egredientes paululum remigare? Et paulo post, Quærebam igitur vtrum pãderem vela orationis statim, an eam antè paululum Dialecticorum remis propellerem. Liuius in V. tertiæ decadis, Cuius prima classis petere altũ visa est. Idem in sexto tertiæ decadis, Aliæ in alto mersæ: aliæ ad incertos ventos hinc atque illinc obliqua transferentes vela, in altum euectæ sunt. Tullius in primo Tusculanarum, Quò vtinam velis passis prouehi liceat. Si enim reflãtibus ventis reiiceremur: tamen eodem paulo tardius referamur necesse est. Idẽ in tertio, Velis (vt ita dicam) remísque fugienda. Et inde veliuolantes naues dictæ apud Marcũ Tulliũ, Et fera veliuolantibus nauibus cõpleuit manus litora. Est autẽ in velo ea pars quæ acutior & inferior ad nauis latus religatur, modóque cõtrahitur, módo relaxatur: Pes à Latinis, à Græcis πούς. λέγεται δὲ οὕτω τὸ σχοινίον τὸ κάτωθεν τοῦ ἱστίου, authore interprete Euripidis in Oreste. Lucianus in dialogo ὠδισκοποῦντες, τότε ὑμεῖς ὑπ' ἀγνοίας κελεύετε τὴν ὀθόνην στεῖλαι, ἢ ἐκλῦσαι ὀλίγον τοῦ ποδός. Id est, Tunc vos præ ignoratione iubetis vela contrahere, vel parum de pede relaxare. Plutarchcus περὶ πολυφιλίας, οὐ τί Εὐριπίδῃ πιστέον λέγοντι, χρῆ γὰρ μετρίαν ἐς ἀλλήλους φιλίαν θνατοὺς ἀντείνασθαι, καὶ μὴ πρὸς ἄκρον μυελὸν ψυχῆς· εὔλυτα δ' εἶναι θέλγηθρα φρενῶν, ἀποτάξασθαι καὶ ξυντεῖναι καθά

2008 Ministerio de Cultura

πὸρ ὥσπερ νεὼς ὑποδιδόντα καὶ προσάγοντα ταῖς χρείαις τὴν φιλίαν. Neque enim Euripidi credendum dicenti, nos mortales oportere mediocri amicitia esse cõtentos, nec sinere eam penetrare ad animi medullam, intimósque mentis recessus, putaréque eam veluti mentis oblectamentum facilè dilui debere: abduceréque & remittere cum velis ceu pedem nauis aptando intendendóque amicitiam pro vsus ratione. Idem Euripides in Oreste pedis meminit, eiusdémque fere sententiæ, dum ait, καὶ ναῦς γὰρ ἐνταθεῖσα πρὸς βίαν ποδὶ ἔβλαψεν· ἔστη δ' αὖθις ἢν χαλᾷ πόδα. Ad quod allusisse videtur Tullius de Amicitia, cũ ait, Partim fugiendas esse nimias amicitias, ne necesse sit vnũ sollicitũ esse pro pluribus: satis supérque esse sibi suarum cuique rerũ curã. Alienis nimis implicari, nimis molestum esse: commodissimũ esse quàm laxissimas habenas habere amicitiæ, quas vel abducas cũ velis, vel remittas. Lucian' de veris narrationibus ποδεῶνας vocat, καὶ ταῖς χερσὶ τοὺς ποδεῶνας κατέχοντες. Reliqua adderem: sed sunt fœda magis quàm ridicula. quod tamen de quadratis velis intelligas: nam superiora de velo triangulari forma.

Trãstra in naui sunt sedilia, in quibus erãt remiges: quod vel authore Virg. probari potest, dũ ait,

Considunt transtris, intentáque brachia remis
Intenti expectant signum: exultantiáque haurit
Corda pauor pulsans.

Veneti banchos vocant. Nec alienum fuerit de remis pauca subiicere.

2008 Ministerio de Cultura

Remos Copæ inuenerunt Plinio authore. Inde à Græcis κῶπαι dicti. Lucian⁹, προσελαύνοντες οὖν ταῖς κώπαις. Id eſt, remis accedẽtes. Inde κωπηλατεῖν quidam Latini remigare dicunt. Idẽ Lucianus de veris narrationibus, ἐφεξῆς ἐκωπηλάτουν κυπαρισσίνοις αὐτοκλάδοις μεγάλοις καὶ αὐτοκόμοις, ὥσπερ ἐρετμοῖς. Remus enim ἐρετμὸς à Græcis dicitur. Idẽ Lucianus, μέμψη δὲ οὐδὲν ἢν εὐήρες καὶ καρτερόν μοι ἐρετμὸν δῷς μόνον. Nihil te pœnitebit ſi modo mihi probum fortémque remũ præbueris. Ab eodem Luciano molæ quaſi manubrium κώπη dicitur, propterea quòd tanquam remus agitatur in gyrum. Inde idem in Aſino, ἀποζευγνύουσί με τῇ κώπῃ τῆς μύλης. Remorum autem ordinem extremum, & veluti remigium ταρσοὺς Græci vocant. Quod enim Latini remos detergere vel defringere dicũt, Græci ταρσοὺς θραύειν: & in iis Polybius in primo, ἀλλὰ καὶ τοὺς ταρσοὺς ἔθραυον αἱ νῆες ἀλλήλαις συγκρούουσαι. Sed mutuo concurſu naues inter ſe remos defringebãt. Appianus de bellis ciuilibus, καὶ συνέτριψαν ἡ μὲν τὸν ἔμβολον τῆς Μηνοδώρου νεώς, ἡ δ᾽ τὸν ταρσὸν τῆς Μενεκράτους. Id eſt, Confregit illa quidem roſtrum nauis Menodori: altera autẽ remos Menecratis deterſit. Partẽ remi latiorẽ Græci πλάταν vocant: eſt enim ταρσός, id quod diximus, vt vides. Cæſ. de bel. ciuil. lib. 1. Aut remos trãſcurrẽtes detergere ſi poſſet, cõtendebãt. Liuius in octauo tertiæ decad. Alterius remos deterſit, cæteraſq; quas indepta eſſet, mulctaſſet, &c. Idem ſexto quartæ, Et vt in numero impa-

2008 Ministerio de Cultura

ri duæ regiæ vnam circunſiſtunt: & primum ab vtroque latere remos defringunt: deinde tranſcendunt armati. Idem in ſeptimo quartæ, Sed momẽto tẽporis & nauium virtus, & vſus rei maritimæ terrorem omnẽ Rhodiis dempſit. Nam & in altum celeriter euectæ naues, locum poſt ſe quoque venienti ad terram dedere: & ſiqua concurrerat roſtro cum hoſtium naui, aut proram lacerabat, aut remos detergebat, aut libero inter ordines diſcurſu præteruecta in puppim impetũ dabat. Diodorus in loco ſuprà citato, παρεχσύρειν ταρσοὺς dixit, vt vidimus. Remiges ipſi ἐρέται & ἀντήρεται dicũtur. Thucy. in primo, ἐρέτας μισθῷ πείθοντες. Et in tertio, οἱ δ' ἀντήρεται πλεύσαντες τὴν ναῦν ἀφικνοῦνται. Quo loco ἀντήρεται ſunt remiges quidem, qui tamẽ cum opus erat decertabãt & propugnabant, vt vtrũque miniſteriũ præſtarent. Quapropter eoſdem & μαχίμους vocat in primo idem Thucyd. αὐτήρεται δ' ὅτι ἦσαν καὶ μάχιμοι πάντες. Et paulo poſt eoſdem προσκώπους vocat. περίνεως autem appellat otioſos àc liberos vectores à remigandi labore, cum ait, περίνεως δὲ οὐκ εἰκὸς πολλοὺς ξυμπλεῖν ἔξω τῶν βασιλέων καὶ τῶν μάλιστα ἐν τέλει. Remiges ipſos Liui⁹ ſocios nauales vocat: Græci πληρώματα: Veneti la ciurma. Diodor⁹ in X X, αἱ δ' ἄλλαι ἐκβιασθεισῶν τῶν πληρωμάτων διεσώθησαν πρὸς τὴν ἀντιγόνου στρατοπεδείαν. Id eſt, aliæ autẽ cõtendẽtibus ſumma alacritate ipſis ſociis naualibus ſe ad exercitũ Antigoni receperũt. Liuius libro primo tertiæ decadis, Nam

2008 Ministerio de Cultura

vt ſociis naualibus affatim inſtructam claſſem, ita inopē milite habebat. vide vt alios ponat pro ſociis naualibus, alios pro milite & propugnatoribus. Idem in ſexto tertiæ decadis, Scripto deinde exercitu, de remigum ſupplemento agi cœptum: in quam rem, cum neque hominum ſatis, nec ex quo pararentur, ſtipendiúmque acciperent, pecuniæ quicquam ea tempeſtate in publico eſſet: edixerunt conſules, vt priuati ex cenſu ordinibúſque ſicut antea remiges darent cum ſtipēdio cibariíſque dierum triginta. Et paulo poſt ſubdit, Nam vnde cum pecunia in ærario non eſſet paraturos nauales ſocios? Quibus verbis conſtat Liuium vocare nauales ſocios, quos ſuperioribus verbis remiges dixerat. Idem Liuius in decimo quartæ decadis, Nec rei naualis cura omiſſa, duūviros in eam rem conſules creare iuſſi: per quos naues XX. deductæ naualibus ſociis ciuium Romanorum, qui ſeruitutem ſeruiſſent complerentur, ingenui tantū vt his præeſſent. Et ſanè cúm verbo complerentur vtatur Liuius, ſatis indicat nauales ſocios eos eſſe, quos Græci πληρώματα dicunt. & ita vertimus in pleriſque locis ſuprà citatis. Hic noſtram ſententiam euertere videtur Lucianus: qui de veris narrationibus aliter videtur id vocabulum vſurpaſſe: ait enim, προσβαλόντες οὖν ἡμῖν ἀπὸ δύο πληρωμάτων ἐμάχοντο. Quo loco πληρωμάτων nō poteſt intelligi pro ſociis naualibus, ſed potius pro ipſis nauigiis inſtru-

2008 Ministerio de Cultura

ctis & armatis:vt vertendum ſit, Impetu in nos dato binis nos nauigiis armatis circunſiſtunt. Subdit enim ipſe Lucianus haud ita multo poſt, καὶ δῆλοι ἦσαν κρατήσαντες οἱ καρυοναῦται, ἅτε καὶ πλείους, πέντε γὰρ εἶχον πληρώματα. Id eſt, Quinque nauigia inſtructa armatáque habebant. cum illos duo tantum habuiſſe dicat. Verum non abſimile vero eſt, Lucianum eo vocabulo abuſum, dum certos authores, quos non habemus, ſibi imitandos propoſuit. Auſim enim omni aſſeueratione affirmare, eam loquendi formulã, qua in illo vocabulo Lucianus vſus eſt, non extare in vllo eorum qui vulgati ſunt, authorum. Hoc fortaſſe quibuſdam nimis confidenter dictũ videbitur. Sed ſiquis ſcripta Luciani ad normam Platonis & Demoſthenis velit expẽdere, inueniat fortaſſe Lucianum multa ſibi permiſiſſe: vt nihil cauſæ ſit, quamobrem de noſtris hominibus conqueri debeamus, ſi illorum heroum elegantiã hactenus aſſequi nequiuerint. Viri ætatis noſtræ doctiſſimi non ſatis intellexerunt, vt mihi perſuadeo, quid πληρώματα vellet, & in eo hallucinati ſunt: qui ſi aciem mentis & ingenii in eo intẽdere voluiſſent, & non ad alia feſtinaſſent: facile, opinor, quæ diximus, ipſi ſua ſpõte animaduertiſſent. Sed nos quoque in multis, ne dicam in omnibus, cæcutire ſolemus. Ecce tibi περὶ ἐπωτίδας quid dicã, non ſatis diſpicio. Coniicio tamen eſſe proræ partem eam, quæ vtrinque ſtat ad latus roſtri: nec vi-

2008 Ministerio de Cultura

deo Latinum nomen habere, quod Græco respon deat. Appianus de bellis ciuilibus, Μετὰ δὲ αἱ νῆες αὐταὶ συνερρήγνυντο ἀλλήλαις, αἱ μὲν ἐς τὰ πλάγια, αἱ δὲ κατ' ἐπωτίδας, αἱ δ' ἐπ' ἐμβόλους. Id est, Postea & naues ipsæ concurrerunt inter se, aliæ ad obliqua, aliæ ad epo tidas, aliæ verò ad rostra impetu facto. Idem in eodem, Καὶ αὐτῷ κατὰ τὴν ἐπωτίδα ἐμπεσὼν κατέσεισε τὴν ναῦν. Id est, Impetúque in illũ facto, ad epotida na-uem ipsam cõquassauit. De anchora nihil dicam: est enim omnibus nota: Græci ἄγκυραν vocãt. Ab an chora anchoralia dicta funes, quibus religata est anchora. Liuius decadis tertiæ libro secundo, Vix-dum omnes conscenderant, cum alii resoluunt o-ras, aut anchoram vellunt: alii, vt ne quid teneat, anchoralia incidunt. Inde oram soluẽtibus dictũ à Quintiliano vulgatius, quàm vt repeti debeat. Illud solum adiiciam ex Luciano, τὰ ἀπόγεια λύσασθαι dici, quod Latini oram soluere: verba Luciani sunt in dialogo qui Ερμότιμος inscribitur, οὐδὲ γὰρ ἀναστρέψαι ἔτι καὶ ἀνακωθῆναι ὀπίσω ῥᾴδιον ἦν ἅπαξ ἐπιδῷ τῇ πλεύσει τις αὐτὸν τὰ ἀπόγεια λυσάμενος. Id est, Vbi semel oram soluerit. Cum autem anchoræ iactæ erant procul à portu, naues dicebãtur in salo esse: Græci dicunt ἀποσαλεύειν: vt est apud Diodorum in vigesimo, διόπερ ἠναγκάζοντο τὰς ἀγκύρας ἀφέντες ὡς ἂν ἐν δυσὶ σταδίοις ἀπὸ τῆς γῆς ἀποσαλεύειν, ἅμα πολλοῖς περιπεσόμενοι δεινοῖς. τοῦ μὲν γὰρ κλύδωνος ἐπιγινομένου βραχύτερον ἐκινδύνευον ἅπαντα τὰ σκάφη συγκλυσθῆναι. Thucydides, Καὶ ἀποσαλεύσας ἡμέραν καὶ νύκτα ὑπὲρ τοῦ στρατοπέδου, ὕστερον ἀφικνεῖται ἐς ἐ-

2008 Ministerio de Cultura

φιον. Quod ἀποσαλεύειν dixit Diodorus, Aulus Hirtius in quinto, in ſalo & in anchoris commorari protulit, in hæc verba, Atque in ſalo, & in anchoris ea nocte commoratus, prima luce Adrumetũ accedit. Idem in ſexto, Item complures nando ad naues, quæ in ſalo fuerunt, ſe recipiunt. Cæſar in tertio bellorum ciuilium, ſalum pro iactatione accipere videtur, Tirones enim multitudine nauiũ perterriti, & ſalo nauſeáque cõfecti. Et paulo poſt, At veteranæ legionis milites, item conflictati & tempeſtatis & ſentinæ vitiis non ex priſtina virtute remittendum aliquid putauerunt. Quod ſuprà in ſalo dixit, poſterioribus verbis enarrat, dum ait, Et tempeſtatis & ſentinæ vitiis: vt mediocriter eruditus facilè colliget. Polybius in primo σάλους, pro eo quod vulgò ſpiagia Itali dicunt, poſuiſſe videtur, id eſt locum minimè portuoſum: ſed in quo naues in ſalo eſſe & commorari queant, καθώρμισαν πρός τι πολισμάτιον τῶν ὑπ' αὐτοὺς ταττομένων, ἀλίμενοι μὲν, σάλους δὲ ἔχον καὶ προβολὰς περικλειούσας ἐκ τῆς γῆς εὐφυεῖς, οὗ ποιησάμενοι τὴν ἀπόβασιν, &c. Applicuerunt ad oppidulũ quoddam, quod ſub ditione eorum erat importuoſum quidem: ſed quod haberet promontoria, quæ aliqua ex parte prominentia eas ſtationes continerent & complecterẽtur, quò deſcenſione facta, &c. Vide qualiter verterit Sipontinus, & fortaſſe noſtra non contemnes.

Erat & nauis παράσημον, cuius meminit Plutarchus in Sympoſio: quod quid ſit, collegimus ipſi ex Lu

2008 Ministerio de Cultura

ciano in dialogo quod πλοῖον ἢ εὐχαὶ inscribitur, & suprà citauimus, dum ait, ὡς δὲ ἡ πρύμνη μὲν ἐπανέστηκεν ἠρέμα καμπύλη χρυσοῦν χηνίσκον ἐπικειμένον. κατ' ἀντικρὺ δὲ ἀνάλογον ἡ πρῶρα ὑπερβέβηκεν ἐς τὸ πρόσω ἀπομηκυνομένη, τὴν ἐπώνυμον τῆς νεὼς θεὸν ἔχουσα τὴν Ἶσιν ἑκατέρωθεν. Id est, Vt vero ipsa puppis sensim assurgit inflexa aureo anserculo ornata: è regione autem proportione prora prominet in longum producta, habénsque vtrinque signum Isidis deæ, quæ cognomentũ naui indidit. Quo loco existimo Isim deam esse παράσημον nauis, id est insigne illud proræ impositũ: à quo nauis ipsa cognomẽtum sortita est. Quod & ipsum coniicere est ex Plutarcho in Symposio, his verbis, οὐ μὴν ἀλλ' ἑαυτὸν ὁ γοργίας ἔφη πυθόμενον τοῦ τε ναυκλήρου τοὔνομα, καὶ τοῦ κυβερνήτου, καὶ τῆς νεὼς τὸ παράσημον ἐκπέμψαι πλοῖα, καὶ στρατιώτας τοὺς κατάρσαντας παραφυλάξοντας. Inde fortasse aliquæ naues dicebãtur κριοί, id est arietes, καὶ τράγοι, id est hirci: quòd id genus animalium haberent tanquã παράσημον. nec absimile vero est centaurũ pistrímque & cuncta id genus, ea ratione dicta, prolatáque à Virgilio in quinto in versiculis suprà relatis. Quod nos anserculũ vertimus, intellige formã anserculi effictam ad puppis ornamentum, vt vidimus in antiquis nauibus depictis: quas adscribẽdas curauimus in lectorũ gratiã. Lucianus in veris narrationibns, ὅ τε γὰρ ἐν τῇ πρύμνῃ χηνίσκος ἄφνω ἐπτερύξατο, καὶ ἀνεβόησε. Id est, Anserculus enim qui ad puppim erat, repente alas premere cœpit, & clangorem fundere.

2008 Ministerio de Cultura

χηνίσκος, siue anserculus hac in naue ex antiquo marmore desumpta fiebat ferè hoc pacto.



2008 Ministerio de Cultura

De manibus ferreis coruísque & harpagine nihil in præſentia dicere neceſſe. ea enim potius quis numerarit in machinationibus ad prælian-dum, quàm in nauis inſtrumẽto. Quòd ſiquis de iis etiam audire cupiat, eum reiiciam ad Appianũ Alexandrinum: qui in quinto bellorum ciuilium ſic ait, καὶ κόρακας ἢ χεῖρας σιδηρᾶς εὐκολύτερον ἐπιῤῥίπτοιεν. Quo vero tempore à Romanis κόραξ inuẽtus fue-rit, videbis apud Polybium in primo. Ἅρπαγα etiam ab Agrippa excogitatũ refert Appianus in eodem libro. Cæſar etiam in primo de bello ciuili, manus ferreæ meminit, dum ait, Atque iniecta manu fer-rea, & retenta vtraque naue, diuerſi pugnabant, at-que in hoſtium naues tranſcẽdebãt. Hactenus Cæ ſar. qui etiam in primo bel. ciuil. harpagonum meminit, dum ait, Ii manus ferreas atque harpa-gones parauerãt. Vt ipſe Agrippa id machinatio-nis genus excogitaſſe non videatur: quod ſi Plinio credimus, Anacharſis harpagonas inuenit.

2008 Ministerio de Cultura

Nauis captiua.



2008 Ministerio de Cultura

Naues ipsæ ab hostibus captæ, captiuæ dicebantur: vt legimus in secundo bellorũ ciuilium apud Cæsarẽ, Nam ad eas quæ factæ fuerãt Arelate per Cæsarem captiuæ, Massiliensium accesserant sex. Aulus Hirtius in quarto, Vt vel classe dimicare posset, adiunctis captiuis nauibus sociorum. Liuius in tertio tertiæ decadis, Dum hæc Romani parant agúntque, ad Philippum captiua nauis vna ex iis, quæ Romam missæ erãt, excussa fugit. Græci αἰχμαλώτους dicunt, vt vidimus apud Xenophontem in secundo ἑλληνικῶν, ἀπάγων πάντα τῶν αἰχμαλώτων νεῶν ἀκρωτήρια, καὶ τὰς ἐκ τοῦ πειραιῶς τριήρεις πλὴν δώδεκα. Quo loco ἀκρωτήρια posuit ea quæ ἀκροστόλια supra diximus. Et cum naues captiuæ dicantur, meritò postliminium habent. Tullius in Topicis, Postliminio redeunt hæc: homo, nauis, mulus clitellarius, equus, equa quæ fræna recipere solet. Vt non ab re à iureconsulto de postliminio nauium hic tractetur. Classem Veneti armatam vocant, Græci τὸ ναυτικόν. Appianus in quinto de bellis ciuilibus, ἐπενόει δὲ ἐπὶ θάλασσαν ἐλθὼν ἐμπρῆσαι τὸ τιτίου ναυτικόν. Id est, Classem Titii. Thucydides in secũdo, τούτων ναυτικὸν παρείχοντο κορίνθιοι. alibi vocat νηίτην στρατόν: quasi dicas naualẽ exercitũ. In secũdo, ἢν μὴ οἱ πολέμιοι νηίτῃ στρατῷ ἐπιπλέωσι τῇ πόλει. Et in IIII, ὥστε οὐκ εἰκὸς νηίτην γε αὐτῶν τῶν ἐν σικελίᾳ στρατῷ ἴσον πλῆθος ἐφ' ὑμᾶς ἀποστεῖλαι. Alibi στόλος ab eodẽ dicitur in sexto, ὀλίγοι γὰρ δὴ στόλοι μεγάλοι ἢ ἑλλήνων ἢ βαρβάρων πολὺ ἀπὸ τῆς ἑαυτῶν ἀπάραντες κατόρθωσαν.

2008 Ministerio de Cultura

Appianus, ἔνθα αὐτῷ νεῶν στόλος ἦν, καὶ παρῆλθεν ἐς τὰ νεώρια λαβὼν ὥς τις ἰδιώτης φορείῳ κομιζόμενος. Id eſt, Vbi Claſſis illius erat & in naualia penetrauit lectica delatus tanquam priuatus quiſpiam. Idem de bellis ciuilibus, ὡς δ' ἀρξαμένης οἱ μὲν τὸν κόλπον ἐν χρῷ παρὰ τὴν γῆν αὐτὴν μηνοειδεῖ στόλῳ παρέπλεον. Id eſt claſſe lunari forma diſpoſita. Idem Thucydides in ſeptimo, στρατιὰν ναυτικὴν vocat, στρατιὰν δ' ἄλλην ἐψηφίσαντο πέμπειν καὶ ναυτικὴν καὶ πεζικήν. Ἐπίνειον autem ἐστὶ πόλισμα παραθαλάσσιον, ἔνθα τὰ νεώρια τῶν πόλεων erant: vt Pyreus Athenienſium, Niſæa Megarẽſium, Cyllene Eleorum: vt eſt apud Thucydidem in primo, καὶ Κυλλήνην τὸ Ἠλείων ἐπίνειον ἐνέπρησαν. Nec auſim affirmare id Latinũ nomen habere. Naualia enim ſunt ea, quæ à Græcis νεώρια dicuntur. Tullius Officiorum, Muri, naualia, portus, aquarũ ductus. Thucydides in tertio, νεώριά τε παρεσκευάζοντο καὶ ἤρξαντο κατὰ Θερμοπύλας κατ' αὐτὸ τὸ στενόν, ὅπως εὐφύλακτα αὐτοῖς εἴη. Veneti habent ſuum nauale, quod arſeuale vocant, totius orbis pulcherrimũ, in quo νεώσοικοι ſunt circiter ſexaginta, id eſt nauiũ tecta: in quibus triremes reliquæque naues longæ ædificãtur à fabris naualibus: quibus ibi perpetuò ſtipẽdia de publico procedũt. Sunt autẽ νεώσοικοι capaces ſinguli triremis vnius vniúſq; biremis, & fabrorum naualium, qui eas commode, vel ἐκ δρυόχων ædificent, uel conquaſſatas reficiant: in quo eſt & priuatũ tectum thalamegi totius ſenatus Venetorum capacis, opus ſanè quod cum antiquis regũ

2008 Ministerio de Cultura

AEgypti nauibus thalamegiſque poſſit contendere: Bucētaurū appellāt. de quibus thalamegis potui multa adiicere: ſed non eſt viſum operæpretium. Feſtinamus enim ad ea quæ διδασκαλικὰ videntur. νεωσοίκου meminit Thucydides in ſeptimo, ὅτι ναῦς ἐν τοῖς νεωσοίκοις ἄλλας ὁμοίας ταῖς δὲ ὑπελίποντο. Lucianus Ανάχαρσις, πόλιν γὰρ ἡμεῖς οὐ τὰ οἰκοδομήματα ἡγούμεθα εἶναι, οἷον τείχη καὶ ἱερὰ καὶ νεωσοίκους. Strabo libro decimoquarto τριηρικὸν vocat, nauale ad triremes recipiēdas, ὧν τὸν ἕτερον κλειστὸν τριηρικὸν καὶ ναύσταθμον ναυσὶ εἴκοσι. Quibus verbis intelligas ναύσταθμον eſſe maiorū nauium capacem: τριηρικὸν autem longarum. Naues à patria cognomentum ſortiuntur: vt μεγαρίδες, ἀμπρακιώτιδες, ἑρμιονίδες, χῖαι, λευκάδιαι, λακωνικαὶ, ἰταλιώτιδες, σικελικαὶ, συρακούσιαι, φοινίσσαι, μιλησίαι, ἀναΐτης, θούριαι. Quorū omnium exempla extant apud Thucydidē in diuerſis locis. Sic & σάμαινα dicta, quòd primum in Samo inſula iuſſu Polycratis regis ædificata ſit. quæ, cuius formæ fuerit, diſcas ex Plutarcho in vita Periclis, ἡ δὲ σάμαινα ναῦς ἐστὶν ὑόπρωρος μὲν τὸ σίμωμα, κοιλοτέρα δὲ καὶ γαστροειδὴς, ὥστε καὶ φορτοφορεῖν καὶ ταχυναυτεῖν. οὕτω δὲ ὠνομάσθη διὰ τὸ πρῶτον ἐν Σάμῳ φανῆναι πολυκράτους τυράννου κατασκευάσαντος. Athenæus libro duodecimo paucis eadem retuliſſe videtur: ait enim, πρῶτος δὲ ὁ πολυκράτης καὶ ναῦς πήξας ἀπὸ τῆς πατρίδος σαμίας ἐκάλεσε. Quo loco nō σαμίας, ſed ex Plutarcho potius σαμαίνας legendum exiſtimo. Tu lector iudicabis, vigiliáſque noſtras boni conſules, aut ipſe meliora

2008 Ministerio de Cultura

proferes. Et Phaseli fortasse à phaselide loco. A ministerio & officio quod præstant, dicũtur προφυλακίδες, στρατιωτίδες, λεπτὰ πλοῖα, ὑπηρετικὰ, φρουρίδες, φρουροῦσαι, ἀργυρολόγοι, πρόπλοι. Aliæ à cursu ipso vel statione, μετέωροι πλώϊμαι, ἐφορμοῦσαι, ἐξαίρετοι, οὐδὲν στέγουσαι, ταχεῖαι, κοῦφαι, πελάγιαι, αἱ ἄριστα πλέουσαι, ἀντιπρώρους, δελφινοφόροι ὁλκάδες. ναῦν etiam μυριοφόρον dixit Thucydides in septimo. σταδίων ι ζ, βάθος δὲ ὅσον ἀρκεῖ μυριοφόρῳ νηΐ. Dicitur & nauis δελφινοφόρος, & apud Thucydidem δελφινοφόροι ὁλκάδες. Dicimus etiam αὐτάνδρους ναῦς, καὶ αὐτοφόρτους ὁλκάδας. Id est, quæ cum ipsis hominibus, & cum onere suo captæ vel depressæ sunt. Diodorus libro decimonono, τῶν δὲ νεῶν πλείους αὐτάνδρους εἷλε. Cæsar in primo de bello ciuili nos docuit quo modo id Latinè dicebatur, in hæc verba, Itaque dũ locus cominus pugnãdi daretur, æquo animo singulas binis nauibus obiiciebant: atque iniecta manu ferrea, & retenta vtraque naue diuersi pugnabant, atque in hostium naues transcẽdebant: & magno numero Albicorum & pastorũ interfecto, partem nauium deprimunt: nonnullas cum hominibus capiunt: reliquas in portum compellunt. Idem in tertio aliter protulit dum ait, Ex his quadriremem cum remigibus defensoribúsque suis ceperunt. Id est, αὔτανδρον, vel σὺν τῷ πληρώματι. Diodorus in decimooctauo dixit Græce eadem fere ratione qua Cæsar, ἐνίκα ὁ Κλεῖτος, καὶ κατέλυσε μὲν τῶν ἐναντίων ναῦς ἑπτακαίδεκα, εἷλε δὲ σὺν αὐτοῖς ἀνδράσιν οὐκ ἐλάττω

2008 Ministerio de Cultura

τῶν τετταράκοντα. Id est, Vicit Clitus, & hostiũ naues decem & septem depressit: circiter autem quadraginta cum ipsis hominibus cepit. Idem Diodorus non longe post verba suprà scripta αὐτάνδρων vsurpat, οὗτοι μὲν ἐμπεσόντες ἄφνω τοῖς πολεμίοις τεθορυβημένοις εὐθὺς κατὰ τὸν πρῶτον ἐπίπλουν ἐτρέψαντο, καὶ τὰς μὲν τοῖς ἐμβόλοις τύπτοντες ἀνέρριπτον, ὧν δὲ τοὺς ταρσοὺς παρέσυρον, ὧν δὲ αὐτάνδρων παραδιδομένων ἀκινδύνως ἐκυρίευον, τέλος δὲ πλὴν μιᾶς τῆς ναυαρχίδος τῶν λοιπῶν πασῶν αὐτάνδρων ἐκυρίευσαν. Et paulo post, καὶ καταναυμαχήσας αὐτάνδρων τῶν σκαφῶν ἐκυρίευσε. Idem in vigesimo, τῶν δὲ μακρῶν αὔτανδροι μὲν ἐλήφθησαν .μ. διεφθάρησαν δὲ περὶ .π. ἃς πλήρεις οὔσας θαλάττης κατήγαγον οἱ κρατήσαντες εἰς τὴν πρὸς τῇ πόλει στρατοπεδείαν, αὔτανδροι. Id est, naues cũ hominibus, vt dixit Cesar. ἁμάξας αὐτάνδρους dixit Lucianus in τόξαρι, καὶ τὰς ἁμάξας καταλαμβάνοντο αὐτάνδρους τὰς πλείστας ἁλισκομένας. Id est, carrucas cũ hominibus captas. Xenophõ in primo, παιδείας dissolute dixit, πολλοὺς γὰρ αὐτοῖς τοῖς ἵπποις κατακρημνισθῆναι. Et in III, ἐστεφανωμένους καὶ σπονδὰς ποιησαμένους ἥκειν εἰς τὰς τάξεις αὐτοῖς στεφάνοις. Id est, cum corollis, vt σὺν subaudiatur. Id est cum ipsis corollis. Plutarchus αὐτοφόρτους ὁλκάδας dixit, id est, onerarias cum mercibus impositis & cum earũ onere. Eius verba sunt in AEmilii vita, εἴκοσι μὲν αὐτοφόρτους ὁλκάδας ἐχειρώσατο. Idẽ περὶ εὐθυμίας, de Zenone his verbis, ζήνωνι τῷ κιτιεῖ μία ναῦς περιῆν φορτηγός, πυθόμενος δὲ ταύτην αὐτόφορτον ἀπολωλέναι συγκλεισθεῖσαν, εὖ γε, εἶπεν, ὦ τύχη ποιεῖς, εἰς τὸν τρίβωνα καὶ τὴν στοὰν συνελαύ-

2008 Ministerio de Cultura

νυδε ἡμᾶς. Id est, zenoni Citieo vnica nauis oneraria reliqua erat, quam cũ audiſſet interiſſe demerſam cũ ipſo onere & mercibus, Recte, dixit, atque ordine ô fortuna facis: quæ nos ad pallium & porticum Stoicorum cõtrudis. Quòd autem Cæſar verbo depreſſit vſus eſt, Græci καταδῦσαι dixerũt, vt vidimus. Inde à Marco Tullio depreſſa claſſis dicta in ſecundo de diuinatione, Si enim fatũ fuit claſſes populi Romani bello Punico primo, alterã naufragio, alteram à Pœnis depreſſam interire. Idẽ pro Archia poeta, Noſtra ſemper feretur, & prædicabitur Lucio Lucullo dimicante cum interfectis ducibus depreſſa hoſtiũ claſſis, & incredibilis apud Tenedum pugna illa naualis. Noſtra ſũt trophæa, noſtra monimenta, noſtri triumphi. Deſcẽdere ad naues dixit Tullius: cum tamen conſcendere nauẽ dicamus eodem authore. Tullius in quarto Academicarum quæſtionũ ad calcem, Nos ad nauiculas noſtras deſcendimus. Non quod dicendum ſit deſcendere in nauem, ſed ad litus & locũ in quo ſtabant nauiculæ, vt conſcenderent: quin cõſcendere nauem dicimus. Quid enim conſcendens nauem ſapiens num comprehenſum animo habet, atque perceptum ſe ex ſententia nauigaturum? Quì poteſt? Sed ſi iam ex hoc loco proficiſcatur Puteolos ſtadia triginta, probo nauigio, bono gubernatore, ac tranquillitate: probabile videatur ſe illuc venturum eſſe ſaluum. Idem in primo de diuinatione,

2008 Ministerio de Cultura

Vnum de Simonide qui cum ignotum quendam proiectum mortuũ vidiſſet, eúmque humauiſſet, haberétque in animo nauem conſcendere: moneri viſus eſt, ne id faceret, ab eo quẽ ſepultura affecerat. Quin & cõſcẽdere ſimpliciter dicimus: Tu velim quàm primum conſcendas, ad méque venias: apud Tullium ad Q. fratrem. Conſcendere Græci ἐπιβῆναι dicunt. Plutarchus περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων, οὗτος ἔφη ποτὲ πλέων εἰς Ἰταλίαν ἐπιβῆναι νεὼς ἐμπορικὰ χρήματα καὶ συχνοὺς ἐπιβάτας ἀγούσης. Sed hæc grammaticorum ſunt: neque ſatis digna in quibus diutius immoremur. Illa profecto obſcuriora, quæ fortaſſe vigilans lector à nobis deſyderabit: qui ſint θρανῖται: qui ζυγῖται: qui θαλάμακες apud Ariſtophanẽ in Ranis, dum ait, καὶ ἀποπαρδεῖν ἐς τὸ στόμα τῷ θαλάμακι. Qui ab Appiano θαλαμιοι appellantur, ab aliis θαλαμῖται. Quòd ſi Græcorum Commẽtarios ſequi voluerimus: id tamen nõ erit expeditum. ita enim declarãt, vt multo obſcuriora ea ipſa reddere videantur. Et, quod magis mirabere, pugnãtia nobis in iis explicandis proponunt. Enarrator enim Ariſtophanis in loco ſuprà citato, ait fuiſſe tres ordines remigum: vt qui in inferiore parte nauis eſſent, θαλαμῖται dicerentur: qui in medio, ζυγῖται: qui in ſuperiore parte, θρανῖται appellarentur. Qui θρανῖται, quoniã remos lõgiores trahebant, grauioréque labore vexabãtur, eò à τριηράρχαις præter ſtipendium, publicum donatiuum conſequebantur.

2008 Ministerio de Cultura

Quod ex sexto Thucydidis probari potest, dum ait, τῶν τριηράρχων ἐπιφορᾶς πρὸς τῷ ἐκ δημοσίου μισθῷ διδόντων τοῖς θρανίταις τῶν ναυτῶν. Stipendium autem publicũ erat drachma in dies singulos: quæ æstimatur quatuor solidis nostris turonẽsibus. Volũtariis enim remigibus, vt hodiéque Veneti, non compeditis vtebantur. Lucianus tamen περὶ τοῦ ἠλέκτρου, remigis mercedem ad duos obolos, id est, drachmæ tertiam statuisse videtur, dum ait, οἵ γ' ἡμᾶς δυοῖν ὀβολοῖν ἕνεκα ἐρέττειν αὖ καὶ ἕλκειν τὰ πλοῖα πρὸς ἐναντίον τὸ ὕδωρ. Xenophon in 1. ἑλληνικῶν τριώβολον posuit, his verbis, εἶπεν ὅτι εἰ πρὸς τὸν μισθὸν ἑκάστῳ ναύτῃ ὀβολὸν προσθείης, ἐκ δὲ τούτου τέτταρες ὀβολοὶ ἦν ὁ μισθὸς, πρότερον δὲ τριώβολον. Sed locus Luciani intelligẽdus de iis qui Pado flumine lintres, & alias fluuiatiles nauiculas, atque etiam piscatorias ducebãt quæstus causa, non de remigibus triremium aut etiam maiorũ. Sed vt ad propositum reuertamur: si rationẽ habere voluerimus eius formæ nauis, quam suprà vbi triremis mentio facta est, depingendam curauimus, eámque sequi, dicemus in illa inferiorem ordinem: & qui aquæ vicinior, esse thalamitarum, medium zygitarum, superiorem thranitarum. Sed si hoc verum esset, deessent nobis nomina in quadriremibus & maioribus nauibus. Qui enim erunt zygitæ in quadraginta ordinũ naue Ptolemæi regis? Qui thalamitæ? Præterea quî fieri potest, vt vel decem tabulatorum, ne dicam quadraginta nauis

2008 Ministerio de Cultura

in mari nauiget, & tabulata ipſa ſupra aquam extent, & non pluribus partibus aqua demergantur? Pauſanias in Atticis miraculi loco refert nauigiũ Deli fuiſſe, quod à cataſtromate ad aquam nouem remiges haberet: nullúmq; ad ſuam ætatem illud magnitudiue ſuperaſſe. verũ præſtiterit ipſius Pauſaniæ verba adſcribere: quæ, vt ingenue fatear, non ſatis nobis intelliguntur: ſed ſic habent, niſi ſi corruptus ſit codex, τὸ δὲ ἐν Δήλῳ πλοῖον οὐδένα πω νικήσαντα οἶδα καθήκον εἰς ἐννέα ἐρέτας ἀπὸ τῶν καταστρωμάτων. Vndecireme͂ tamen Demetrii legerat, opinor, Pauſanias. Quare ordines remorum nõ poſſunt ſic intelligi, vt diximus ex enarratore Ariſtophanis, cũ ea ratione multa nauigia ordine remorum illud quod in Delo erat, multis partibꝰ ſuperarint. Fuere enim (vt ſuprà docuimus, vel Pauſanias ignorare potuit) X. XI. XII. XV. XL. remorum ordines. Excogitanda ergo nobis alia ratio, quam ab ipſo enarratore Ariſtophanis hauriemus: nec tame͂ fuiſſe eundem exiſtimandũ eſt, cum ſecum ex diametro pugnet. Subdit enim quod magis ſit nobis veriſimile, θρανίτης οὖν ὁ πρὸς τὴν πρύμναν, ζυγίτης ὁ μέσος, θαλαμίτης ὁ πρὸς πρῶραν. Id eſt, Thranites igitur eſt is qui ad puppim remigat, zygites qui in media naui, thalamites qui ad proram. Vt nauis ipſa per lõgitudinem in tres partes diuidenda ſit: & qui remiges ſunt in prima parte ad proram, vocentur thala mitæ: qui in medio ſuprà arbore͂, zygitæ: qui in ter-

2008 Ministerio de Cultura

tia ad puppim, thranitæ dicãtur. itáq; fiet vt etiam in τεσσαρακοντήρει & infrà vel suprà eam magnitudinem nauis triplex remigum ordo per longitudinẽ inueniatur. Et sic intelligemus quod scriptũ est ab Appiano in libro postremo bellorum ciuilium, καὶ τῶν ἐρετῶν οἱ μὲν θαλαμίαι πάντες ἀπελήφθησαν, οἱ δὲ ἕτεροι τὸ κατάστρωμα ἀναῤῥήξαντες ἐξενήχοντο. Id est, Ex remigibus thalamitæ ad vnum omnes excepti sunt, alii verò direptis fororum tabulis adiuti, ad suos enatarunt. quo loco θαλάμιοι fortasse legẽdum. Iulius enim Pollux eo vocabulo vtitur, his verbis, καλοῖντο δ' ἂν καὶ θάλαμος οὗ οἱ θαλάμιοι ἐρέττουσι, τὰ δὲ μέσα τῆς νεὼς ζυγὰ, οὗ οἱ ζύγιοι κάθηνται, τὸ δὲ περὶ κατάστρωμα θράνος, οὗ οἱ θρανῖται. vt ea ratione quã suprà diximus nauis per longitudinem in tres partes diuidatur. Mouet iterum quæstionẽ quod ex Polybio suprà retulimus, δοῦσα πληγὴν βιαίαν κατὰ μέσον τὸ κύτος ὑπὸ τὸν θρανίτην σκαλμόν. vt thranites in medio collocatus videatur: & ita ipsi in vertendo intellexisse videmur, & fortasse ὑπὸ τὸν, &c. vertendum fuit infrà thraniticum scalmum, non autem sic, vt vertimus: alioqui pugnant ista cum iis quæ ex Iulio Polluce diximus. Zygitæ enim in media naue sunt non thranitæ. Sic sub ea, id est post ea Latini dixere. Nec tamen verebor ingenuè fateri mihi adhuc nõ liquere, an hæc nostra coniectura vera sit: vt mihi in magnis opinionum naufragiis versari videar, è quibus per me ipse emergere nequeo. illum solum animi can

2008 Ministerio de Cultura

dorem præstare possum & debeo, vt lectori ignorationem meam fateri non erubescam: ne aliqua nostri persuasione adductus in eundem errorem trahatur. Quare illud ἐπιχάρμιον lector teneat, Neruos atque artus sapiẽtiæ esse non temerè credere. Adhibẽdi sunt authores vtriusque linguæ, iiq; qui receptæ authoritatis cũctis sunt, in cõsiliũ. videndũ etiã atq; etiã num librarii aliquid de suo addiderint: cauendũ ne mendum pro vera lectione nobis imponat. vt apud Plutarchum existimo in libello qui inscribitur, Πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτοῦ προκόπτοντος ἐπ' ἀρετῇ, καθάπερ φασὶ σέξτιόν τε τὸν ῥωμαῖον ἀφεικότα τὰς ἐν τῇ πόλει τιμὰς καὶ ἀρχὰς διὰ φιλοσοφίαν, ἐν δὲ τῷ φιλοσοφεῖν αὖ πάλιν δυσπαθοῦντα καὶ χρώμενον τῷ λόγῳ χαλεπῶς τὸ πρῶτον, ὀλίγου δεῆσαι καταβαλεῖν ἑαυτὸν ἔκ τινος διήρους. Id est, Quemadmodum aiunt Sextium Romanũ spretis quibus in vrbe fungebatur honorib⁹ & magistratibus propter philosophiæ cupiditatẽ, inter philosophãdum rursus ægre ferẽtẽ, propterea quòd initio ad percipiendum philosophorũ sermonem tardior esset, parũ abfuisse quin se è biremi quadam deiiceret. Græca habent ἐκ τινὸς διήρους, cùm tamẽ suprà dixerimus nos non legisse illud vocabulum apud probatũ authorem, cum studiose omnes qui extant euoluerimus. Quare aliquando existimaui apud Plutarchũ eo loco legendum ἐκ ζινὸς ξιήρους, vel διήρους intelligendũ pro domo quæ esset duorum tabulatorũ, quæ à Græcis aliquando

2008 Ministerio de Cultura

δίστεγος dicitur. Sed cũ videatur à Polluce διήρης dicta, fit vt ſubſiſtã, lectoríſque iudicio relinquam. Qui (ſcio) nobis dabit veniam, quòd ea omnia nauiũ genera, quæ à Gellio recenſentur (qui nuda earum nomenclatura contẽtus fuit) explicare non potuerimus. Locus enim ille apud Gelliũ eſt corruptiſſimus, nec ipſi diuinare debuimus. Ecce tibi cum de caudicarum nauiũ vocabulo, cuius mentio in Gellio eſt, hæſitarem: caſu incidi in locum Senecæ in libello de breuitate vitæ, qui eam mihi moleſtiam abſterſit, his verbis, Quis Romanis primus perſuaſit nauem cõſcendere? Claudius is fuit Caudex ob hoc ipſum appellatus, quia pluriũ tabularũ contextus, caudex apud antiquos vocabatur. Vnde tabulæ codices dicuntur, & naues nunc quoque quæ ex antiqua conſuetudine ſubuehunt, caudicæ vocantur. Hactenus Seneca. In vulgatis codicibus locus Senecæ corruptus eſt: & candes vtrobique pro caudex legitur, & candicæ non caudicæ. Sed tu ad modum ſuprà ſcriptũ Senecæ locum emendabis. loquitur enim de Q. Appio Claudio Caudex cognomento: qui cum Q. Fuluio Flacco conſul fuit. Quod ſi alia tempus & lectio frequens nobis aperuerit, lectori non inuidebimus. In præſentia quæ potuimus, ipſi benigne proferimus. Tu lector boni conſule, ac nos ama.

Hæc Lazarus Bayſius in ſtudioſorum gratiam colligebat.

2008 Ministerio de Cultura

Sed fortaſſe ſtudioſis non iniucundum fuerit, ſi in calce huius operis, hîc nobis aliquot nauibus propoſitis, partium earum nomenclaturam Latinis vocabulis indicauerimus. Quæ ſiquis Græce ſcire velit, conſulat ea quæ ſuprà ſcripſimus. Nihil enim eorũ quæ ad vtriuſque linguæ cognitionem attinẽt, quantum in nobis fuit, omiſimus.



2008 Ministerio de Cultura

A Corbis, vnde Corbita.
B Cornua, mali extremæ partes.
C Antennæ.
D Malus, ἱστὸς.
E Carcheſium, ſumma pars mali.
F Trachelus, media pars mali.
G Pterna, inferior pars mali.
H Opiferi funes.
I Calos.
K Rudẽtes. Quanquã etiã à Plauto accipiatur rudẽs pro eo fune, quo nauis ad terrã religari ſolet: oram Latini, Græci prymneſia vocant.
L Paraſemon.
M Puppis.
N Turres.
O Prora.
P Oculus.
Q Roſtrum.
R Roſtrum tridens.
S Epotides.
T Cataſtromata.
V Remi.
X Carina, alueus.
Y Comba, Dryochos.
Z Clauus.
& Gubernacula.

2008 Ministerio de Cultura

A χηνίσκος, Anserculus.
B Anchoralia.
C Anchora.
D Fori, hedolia.
E πηδάλιον, Gubernaculum, Temo.

2008 Ministerio de Cultura



A Gubernator, κυβερνήτης.

B Remiges, Nautæ, ἐρέται.

C πρωρεὺς καὶ πρωράτης, Latinis proreta, qui prora regit. Iureconſ. in lege, Cotem. §. Dominus. ff. De publicanis.

D Acroteria.

E Thronus.

2008 Ministerio de Cultura



A θράνος, inde θρανῖται.

B ζυγὸς, inde ζυγῖται.

C θάλαμος, inde θαλαμῖται, καὶ θαλάμιοι, καὶ θαλάμακες ab Aristophane.

D Vexillum.

2008 Ministerio de Cultura

De re veſtiaria.

2008 Ministerio de Cultura

2008 Ministerio de Cultura

Illuſtriſſimo Princi-
PI D. IOHANNI A LOTHA-ringia, S. R. E. Cardinali meritiſſimo Lazarus Bayſius S. D.

QVOM diu, multúmque me ſollicitum haberet huiuſce mei libelli editio, nõ tam quòd maleuolorum inuidiam pertimeſcerem: quis enim ſanæ mentis huic labori meo inuideat? quàm quòd rei veſtiariæ, quam tracto, familiarẽ peſtem blattas ſcilicet & tineas, in hoc meum opuſculum primo quoque tempore impetum facturas ſuſpicarer, tu vnus ex omnibus mihi occurrebas, qui ingenii mei mediocritatẽ, non modo authoritate tua tueri & poſſes & velles: verumetiam tuæ amplitudinis odore, multo magis quàm mala illa aurea, quæ & medica & citria dicuntur, hanc ſyntheſim meam ab omni tinearũ impetitione vendicares. Quis eſt enim omniũ, aut quotus quiſque eſt eorum quidem certe, qui cum muſis, id eſt cum humanitate & doctrina aliquod habẽt commerciũ, qui cum hunc libellum tibi nuncupatum, tibíque non ingratum, huius denique ipſius te patrociniũ ſuſcepiſſe reſciuerit, eum ipſum nominis tui titulo pellectus, non ſtatim emendum curet, emptum perlegat, perlectum propè dicam, exoſculetur, neque de manibus vnquã deponat: & vt in eo plura

2008 Ministerio de Cultura

videat quæ reprehẽdenda, quàm quæ laudibus efferenda ſint, tuæ certe dignitatis celſitudine permotus, à conuitiis linguam abſtineat? Quem vero ad te tuáque non dicam metuenda (amari enim vis non metui) ſed obſeruanda potius, magnifica iſta tui oris probitas nõ rapiat: generoſa formæ dignitas non alliciat: ſuauiſſima humanitatis mollitudo non inuitet: ſingularis denique, raráque in amplissima fortuna Romani ſermonis facundia non perſuadeat? Quibus tu dotibus inſtructus & ornatus, non Romanos, Germanos, ac Gallos tantummodo, velut alter Gallicus Hercules, aures oculósque aureis catenulis, id eſt veneranda quadã ſuada vinctos, quocunque vis trahis, ſed ipſum quoque Franciſcum regem acerrimum ingeniorum æſtimatorem, morum ſuauitate, quos in te nouit eſſe præcipuos, ita deuinctum tenes, vt te vnum ex omni purpuratorum ordine potiſſimum delegerit, quem tum in adminiſtranda regni mole, conſiliorum participem, vel potius principem haberet: tum vero quotidianis epulis communi menſa conuiuam exciperet. Et hercule bene. Quid enim eſt elegãtia tua dignius, cuius tum oratio, tum vita perdifficilem illam grauitatis cum humanitate coniunctam ſocietatem mihi videtur conſecuta? Neque vero ille vnus te adamare contendit, quinetiam ad vnum omnes Chriſtiani nominis principes, & eorum nonnulli Gallici nominis ho

2008 Ministerio de Cultura

ſtes, te Gallum, Gallicarúmque partium, vtrũque, & ob animi celſitatem, & ob vitæ integritatem ita probant, vt nemo vnquam quiſquam ſuum principem conterraneum magis. Nimirum hoc tibi tribuit admiranda quædam virtutis vis, ac incredibilis ingenii dexteritas, vt te non ſolum ii, qui nunquam viderint, admirentur: ſed hoſtes etiam non vulgari amore proſequãtur. Iam vero literatorũ, ſtudioſorúmque ordo, cui vltrò te Mecœnatẽ exhibuiſti, te ita ſuſpicit, magnã vt in ſpem veniam, haſce meas vigilias, quas tuæ amplitudini conſecrauimus, futuras illi, te commendante, gratioſas: quas tamen ipſas haud ſatis ſcio Iurecõſultis, quibus ſcripſim⁹, fore plauſibiles, propterea quòd minime Accurſii, Accurſianorúmque morem ſectati ſimus. Quin & neceſſario pleraque ex Græcorum fontibus adiecimus: volui enim authorib⁹ laudandis ineptiarũ crimen effugere: quæ vereor vt iſtis ſtomachũ faciãt, eóque nomine libellũ hunc reiiciant, qui ab hac trãſmarina atq; aduẽtitia doctrina abhorrere ſolẽt. Porrò autem vtriuſque linguæ elegãtiarũ ſectatores, qui iſta mea legere non grauabũtur, oratos velim, primũ vt mihi aſſeueranti credãt, me meliores ætatis annos in ediſcẽdis Accurſianorũ ineptiis potius, quàm Vlpiani, aut Pauli reſpõſis, de non ſatis eruditorũ amicorũ cõſilio, cõſumpſiſſe: quorũ barbaries ingeniũ, mentémque meam infuſcauit, quibus dediſcendis non minus

2008 Ministerio de Cultura

mihi fuit negotii, quàm in ediſcendo ad verbum aut Platone, aut Demoſthene, aut ſimul vtroque: deinde me ſero & curſim Græcas literas arripuiſſe, ac ſucciſiuis, quod aiunt, operis: præterea cogitēt, quid homo, cuiuſmodi ego & ſum, & eſſe prædico, & præ me fero, præſtare poſſit, in ea præſertim re, quæ abhinc annos circiter mille doctiſſimo cuique, vt nihil magnificentius dicā, haud ſatis cognita fuit & perſpecta. Tum ad extremū ita fiet, opinor, vt nihil mihi de impetranda ab his venia ſit laborandum, etiamſi nonnullis in locis lapſus fuerim, vel pleraque omiſerim. Ego enim, ne fortè neſciant, hac lege hoc opus edo, mihi poſthac vt integrum ſit, curta producere, peruerſa mutare, errata denique ipſa corrigere. Cur enim mihi vix dum triginta annos nato, ſemel non liceat, quod propè quinquagenario Budæo licuit, magno natu Eraſmus ſibi toties permiſit? Quorū vterque ſuo ſtudio, labore, & induſtria ſibi doctrinæ nomine, æternum decus patriæ, Mecœnatibúſque ſuis nunquam intermorituram gloriam comparauit. Vale præſul ornatiſſime.

2008 Ministerio de Cultura

VLPIANVS

VESTIS, an veſtimenta legantur, nihil refert. Veſtimentorum ſunt omnia lanea, vel ſerica, vel bombycina, quæ induendi, præcingendi, amiciendi, inſternendi, iniiciendi, accubandíve cauſa parata ſunt, & quæ his acceſſionis vice cedunt, quæ ſunt inſitæ picturæ, clauíque qui veſtibus inſuũtur. Veſtimẽta omnia aut virilia ſũt, aut puerilia, aut muliebria, aut communia, aut familiaria. Virilia ſunt quæ ipſius patrisfa. cauſa parata ſunt, veluti togæ, & tunicæ, palliola, veſtimẽta ſtragula, amphitapa & ſaga, & reliqua ſimilia. Puerilia ſunt quæ ad nullum alium vſum pertinent niſi ad puerilem, veluti togæ, prætextæ alicubi, & chlamydes, pallia, quæ filiis noſtris comparamus. Muliebria ſunt quæ matrisfam. cauſa parata ſunt, quibus vir non facile vti poteſt ſine vituperatione, veluti ſtolæ, pallia, tunicæ, capitia, zonæ, mitræ, quæ magis capitis tegendi quàm ornãdi cauſa cõparata ſunt, plagulæ, penulæ. Cõmunia ſunt quibus promiſcue vtitur mulier cũ viro, veluti ſi eiuſmodi penula palliúmve eſt, & reliqua eiuſmodi, quæ ſine reprehenſione, vel vir, vel vxor vtatur. Familiaria ſunt, quæ ad familiam veſtiendam parata ſunt: ſicut ſaga, tunicæ, penulæ, lintea veſtimenta, ſtragula, & cætera ſimilia. Veſtis ex pellibus conſtabit. Item veſtes caprinæ & agninæ, veſtis erunt. Argumẽto ſunt etiam nationes quædam, veluti Sarmatarum, quæ pellibus teguntur. Ariſtoteles etiã coactilia veſti cedere ait, & tegumenta ſubſelliorũ huic legato cedere vice margaritarum. Item fibulæ ornamentorum magis, quàm veſtis ſunt. Tapeta veſti cedũt, quæ aut ſterni, aut iniici ſolent: ſed ſtragulas & Babylonicas, quæ equis inſterni ſolẽt, non puto veſtis eſſe. Faſciæ crinales, pedulésq;, itẽ pilea, veſtis loco ſũt, quia partẽ corporis veſtiũt. alia cauſa eſt cædorũ, quia vſum calciamentorum præſtant. Ceruicalia quoque nomine veſtis continentur. Si quis addiderit veſtem ſuam, apparet de

2008 Ministerio de Cultura

ea eũ sensisse, quã ipse in vsus suos habuerit. Culcitræ etiã vestis erunt. Item pelles caprinæ & agninæ vestis erunt. Muliebri veste legata & infantilem contineri, & puellarum & virginum, Pomponius lib. XXII. ad Sabinum recte scribit. Mulieres enim omnes dici, quæcunque sexus fœminini sunt. Ornamenta muliebria, sunt quibus mulier ornatur, veluti inaures, armillæ, viriolæ, annuli, præter signatorios, & omnia quæ ad aliam rem nullam parantur, nisi corporis ornãdi causa. Quorum in numero etiam hæc sunt, aurum, gemmæ, lapilli, qui aliam in se nullã vtilitatẽ habent. Mundus muliebris, est quo mulier mundior fit. Continentur & eo, specula, matulæ, vnguenta, vasa vnguẽtaria, etsi qua similia dici possunt, veluti lauatio, riscus. Ornamentorum hæc, vittæ, mitræ & semimitræ, calantica, acúsve, cum margarita, quam mulieres habere solent, reticula, κεκρύφαλα. Sicut & mulier potest esse munda, non tamen ornata, vt solet contingere in his, quæ se mundauerint, lotæ in balneo, neque se ornauerint. Et cõtrà, est aliqua ex summo statim ornata, nõ tamen emundata. Margarita ita si non soluta sit, vel qui alii lapides, siquidem exemptiles sint, dicendum est ornamẽtorum loco haberi. Sed & si in hoc sint soluti, vt recomponãtur, ornamentorum loco sunt. Quòd si adhuc rudes sint lapilli, vel margaritæ, vel gemmæ, ornamentorum loco non erunt, nisi alia fuerit mens testãtis, qui hæc quoque quæ ad testamenta parauerat, ornamentorum loco & appellatione comprehendi voluerit.

2008 Ministerio de Cultura

Lazari Bayſii anno-
TATIONVM IN L. VESTIS, FF. De auro & argento leg. Liber.

CAP. I.

SVNT qui putent inter veſtem & ſtolã hãc eſſe differẽtiam, vt cum veſtis appellatione, omne veſtimentum cõprehẽdatur, muliebre iuxta ac virile, ſtolæ mulierum tãtum veſtimẽta intelligantur. Quos ſequutus videtur Vlpianus hic, qui ſtolam inter muliebria veſtimenta annumerat. Et authorem videtur habere locupletiſſimum Ciceronem in Antoniana ſecunda, in hæc verba, Sumpſiſti virilem togam, quam ſtatim muliebrem ſtolam reddidiſti. Ego verò haud magno in diſcrimine ponam, dicátne quis, veſtem aut ſtolam, cũ ex authorũ obſeruatione, quin hæc duo vocabula συνώνυμα ſint, parum abeſſe exiſtimem. Veteres enim ſtolã dixerunt omne quod corpus tegeret. author Nonius. Cicero quoque cum muliebrem adiicit, ſentire videtur ſtolã quoque virorum fuiſſe. quod & probari poteſt ex authoribus à Nonio citatis.

2008 Ministerio de Cultura

Græci vero, vel potius quidam Græcarum elegātiarū ſcriptor, ait, veſtis, quam ἐσθῆτα vocat, appellatione omne veſtimentum contineri: ſtolam vero induměti rationem quandam, ac modum demonſtrare, vt alia ſtola Græcorum, alia Barbarorum. Quo in ſignificatu vtitur Plutarchus, cum alibi, tum in Alexandro, ἐνίκησεν, inquit, ὁ καλούμενος ἀλέξανδρος, καὶ δωρεὰν ἔλαβε δώδεκα κώμας, καὶ στολῇ περσικῇ χρῆσθαι. hoc eſt, Vicit is qui vocabatur Alexāder, gratiáque illi facta, vt duodecim vicis potiretur, ſtoláque Perſica vteretur. Stola Perſica ait pro cultu Perſico. Idem Plutarchus in Dione, cum de Dionyſio ſeniore loquitur, qui neminem inexcuſſum in cubiculū admitteret, ſic ait, εἰσῄει δὲ πρὸς αὐτὸν εἰς τὸ δωμάτιον, οὔτ᾽ ἀδελφὸς, οὔθ᾽ υἱὸς, ὡς ἔτυχεν ἠμφιεσμένος: ἀλλ᾽ ἔδει πρὶν εἰσελθεῖν, ἀποδύντα τὴν ἑαυτοῦ στολὴν ἕκαστον ἑτέραν ἀναλαβεῖν, ὀφθέντα γυμνὸν ὑπὸ τῶν φυλαττόντων. hoc eſt, Ingrediebatur vero ad ipſum in cubiculum neque frater, neque filius, vt erat indutus: verū opus erat ante ingreſſum vnunquenque, poſito ſuo ipſius cultu, alium ſuſcipere, nudúmque ita à ſatellitibus videri. Stola vero dicta videtur ἀπὸ τοῦ στέλλομαι, quod induo ſignat: vt apud Plutarchum, in Arato, ὁ δὲ ἐργῖνος ἑπτὰ λαβὼν νεανίσκους ἐσταλμένους ὁδοιπορικῶς. hoc eſt viatoria indutos. quo vocabulo vtitur Budæus in quadam epiſtola, vir de quo dicere ſolet Ianus Laſcaris, quod olim de Tullio dixit Apollonius. Viatoriam vero veſtem hodœporicā ap-

2008 Ministerio de Cultura

pellat Herodianus, quā vulgo robam curtā dicimus. Herodianus in quinto, vbi de Macrini fuga, qui posito cultu regio ἐσθῆτά τε ὁδοιπορικὴν λαβὼν, καὶ τὴν κεφαλὴν ἀεὶ σκέπων, νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν ὡδοιπόρει φθάνων τὴν φήμην τῆς ἑαυτοῦ τύχης. hoc est, Sumptáque veste viatoria, obtectóque vsque capite, noctē diémque iter faciebat, famā suæ fortunæ præueniens. Sic & Plinius cubilia viatoria dixit libro XXXVII. Et Neronis principis qui sceptra personis histrionum, & cubilia viatoria vnionibus consternebat. Nos quoque fortassis haud absurde dixerimus cubilia viatoria lectulos illos quibus passim in comitatu vtimur.

2008 Ministerio de Cultura

Stolatæ mulieris figura ex antiquiſs. monumentis quæ etiam hodie Romæ inueniuntur.

2008 Ministerio de Cultura

CAP. II.

AIT Vlpianus, Veſtimentorum ſunt omnia lanea. De lanarũ generibus ex Plinio pauca ſubiiciam, quandoquidem melius eſt à fontibus haurire, quàm riuulos conſectari.

Hiſpania nigri velleris præcipuas habet.

Pollentia iuxta Alpes. Vnde apud Martialem lanæ Pollentinæ,

Non tantum pullo lugentes vellere lanas.

Canuſium Rutuli, quas erytras vocant.

Canuſinæ ruffæ dictæ à Martiale:

Roma magis fuſcis, veſtitur Gallia ruffis.

Et Canuſinatum Syrum dicit pro Canuſina veſte ornato,

Vt Canuſinatus noſtro Syrus aſſere ſudet.

Fuluas habet Tarentum, & ſuæ puliginis. Hiſtriæ, Liburniæque pilo propior, quàm lanæ, pexis aliena veſtibus, & quam ſola ars ſcutulato textu commẽdat in Luſitania. Scutulatum verò textum eiuſmodi ferè eſt, qualis cernitur in aranearum telis. Plinius libro vndecimo, cap. XXIII, Quanta arte celant pedicas, ſcutulato rete, ad capiendas muſcas circa graſſantes. Eſt autem ſcutula à ſcuto dicta. Plin. XVII. vbi de emplaſtratione, Ergo amputatis omnibus ramis, ne ſuccum auocent, nitidiſſima in parte, quáque præcipua cernatur hilaritas, exempta ſcutula, cortici, ita ne deſcendat vltra ferrum, imprimitur ex alia cortex

2008 Ministerio de Cultura

par cũ sui germinis mamma. Per scutulam intelligo corticem ad effigiem paruuli scuti eximendum ab arbore, & alium in eius locum cum germine reponendum. At vero mollis erat in agro Mutinẽsi, cuius meminit Strabo in quinto, ἔρια δὲ τὴν μὲν μαλακὴν, οἱ περὶ μουτίνην τόποι, καὶ τὸν σκουτάναν ποταμὸν φέρουσι, πασῶν πολὺ καλίστην. τὴν δὲ τραχεῖαν ἡ λιγυστικὴ, καὶ ἡ τῶν ἰνσούβρων. ἐξ ἧς τὸ πλέον τῆς οἰκείας τῶν ἰταλιωτῶν ἀμπέχεται. τὴν δὲ μέσην ἡ περὶ παταούιον, ἐξ ἧς οἱ τάπητες οἱ πολυτελεῖς, καὶ γαύσαποι. hoc est, Lanam vero mollem Mutinensis ager, eáque regio quæ ad fluuium Scutanam pertinet, fert omnium longe optimam: hirtam vero Ligustica, & Mediolanensis, ex qua bona pars Italiæ seruitiorum vestitur. Mediocrẽ autem, ea quæ circa Pataùium, ex qua pretiosissima tapeta & gausapinæ fiũt. Est & hirta pilo crasso, in tapetis antiquissima gratia.

Lanarum colores natiui memorantur quatuor præcipui, etiam si Plinius dicat, vel natiuis nomina deesse aliquot modis. Albus in Apulia nobilis, vt ait Martialis,

Velleribus primis Apulia, Parma secundis
Nobilis, Altinum tertia laudat opus.

Niger in Hispania, & Pollẽtia, vt diximus, rutil⁹, qui & ἐρυθρὸς dici potest, & à Martiale ruffus. Fuluus & suæ puliginis Tarẽtinus. Quis vero sit fulu⁹ color, docet Frõto apud Gelliũ his verbis, Fuluus autẽ videtur de ruffo atque viridi mixtus, in aliis

plus viridis, in aliis plus ruffi habere. Sic poeta verborum diligentissimus fuluam aquilam dixit, & iaspidem, fuluos galeros, & fuluum aurum, & arenā fuluā, & fuluū leonē. Sic Qu. Ennius in Annalibus fuluo ære dixit. Flauus cōtrà videtur ex viridi & ruffo & albo concretus. Sic flauētes comæ, & quod mirari quosdā video, frondes olearū à Virgilio dicuntur flauæ. Sic multo ante Pacuuius aquā flauā dixit, & flauum puluerē: cuius versus, quoniam sunt iucundissimi, libens commemini,

Cedo tamē pedem, lymphis flauis flauum vt pulverem. Hactenus Gellius. Flauentes comæ dicūtur, quæ sunt crocei coloris, quod vel Ouidiano versu probari potest, in secundo de Amoribus,

Seu flauent, placuit croceis Aurora capillis.

Quando vero in colorum mentionem incidimus, qui multi variique in vestimentis reperiuntur, sericis iuxtà ac laneis, addam ex eodem Gellio quæ præcipue ad noscendos colores facere videbuntur. Ait Gellius eodem capite, Non enim hæc sunt sola vocabula, ruffum colorem demonstrātia, quæ tu modo dixisti, ruffus & ruber: sed alia quoq; hactenus plura, quàm quæ dicta abs te Græca sunt. Fuluus enim & flauus, & rubidus, & phœniceus, & rutilus, & luteus, & spadix, appellationes sunt ruffi coloris. Hactenus Gellius. Aduertendū tamen ex eodem quòd phœniceus, rutilus, & spadix sunt συνώνυμα, & significāt exuberantiam, splē-

2008 Ministerio de Cultura

dorémque ruboris, quales ſunt fructus palmæ arboris non admodum ſole incocti, vnde ſpadicis & phœnicei nomen. Rubidus autem & ruffus atrore & nigrore multo mixtus. Luteus quoque ruffus eſt, ſed dilucidior. Viridis verò color appellatur quoque cœruleus, qui à Græcis glaucus dicitur, vnde Pallas γλαυκῶπις dicta: à veteribus autem Latinis cœſia quaſi cœlia à colore cœli, vt inquit P. Nigidius. Auſonius quoque de Biſſula latine dixit,

Oculos cœrula, flaua comas.

Hoc eſt, vt vulgò loquimur, quæ habet oculos virides. Illud interim mirari ſubit, quid in cauſa ſit, quòd nos Galli ſimul & Germani in puellarum forma oculos cœruleos laudamus: cõtrà verò Romanis ac Græcis puellæ oculis nigris cēſentur. Cœrulei coloris veſtis dicitur & cymatilis, quia nomē ſortitur ab vndis. Apud Ouidium,

Hic vndas imitatur, habet quoq; nomē ab vndis.

κῦμα enim fluctus eſt. Nec me latet quoſdam per cymatilem veſtem apud Plautum intelligere vndulatam, id eſt, de camelot: quod haud ſcio an ridiculum ſit. Quod autem de luteo diximus, Nonius ait, luteū proprie eſſe croceum. Author Virgilius in Bucolicis,

Iam croceo mutauit vellera luto.

Et alibi,

Aurora in roſeis fulgebat lutea bigis.

Sic & oui vitellum, luteum dicimus. Crocota ve-

2008 Ministerio de Cultura

ſtis dicta Nonio, vnde infectores crocotarii apud
Plautum. & dicitur Crocota à croco, vt opinor,
quo vocabulo vtuntur & Græci κροκωτὸς & κροκώ-
τιον, Id eſt crocota & crocotula : quæ inter mulie-
bria connumerantur. Quo vocabulo quidam pu
tauerunt rubrum colorem intelligi. Ouidius,

Nec fuerant rubri cognita fila croci.

Vides vt crocum rubrum dicat Ouidius. Oſtrina
quoque ab oſtro, qui eſt ſubrubens. Turpilius, In-
terea aſpexit virginẽ vectari in capite riculam in-
dutam oſtrinam. Molochinus in veſte ſimilis flo
ri maluæ, cuius infectores dicuntur Molochinarii
à Plauto in Aulularia. Ferrugineus, eſt color ferro
ardẽti haud abſimilis, vt quidam putauere, qui &
hyacinthinus ex Virgilio. ait enim, Ferrugineos
hyacinthos. Ex Nonio. Caſtaneus in veſtibus is
color, quem ſublata prima ſyllaba, vulgo taneum
dicimus, cuius meminit Ouidius de arte Amandi.
Neq; vero alienũ videtur ex Platone in Timæo
pauca de coloribus addere. Græca non adſcribam,
quia ſubtimeo, ne Græcarũ literarum experti nau
ſeam mouea͂, qua͂do fere fit, vt facile aſpernemur,
quæ ignoramus. Marſilius ita vertit, Quod viſum
diſgregat, albũ appellatur. nigrũ vero, quod cõgre
gat: motionẽ profecto acutiorẽ, alteriuſque gene-
ris ignis incidentẽ, diſpergentémque viſum vſque
ad oculos, orbéſque ipſos oculorũ, meatúſque vi
diuerberantẽ, liquefacientémque, ignem eſſe dici-

2008 Ministerio de Cultura

mus ex opposito obuiantem, cuius occursu lachryma, corpus ex igni & aqua mixtum effunditur, & vno quidē igne velut è coruscatione quadam exiliente, altero verò penetrāte, & ab humore extincto varii creantur ex huiusmodi mixtione colores, atque ipsam passionem, fulgorem, coruscationémque vocamus, quódque id facit, splendidum atque coruscum. Horum medium ignis genus ad oculorum humorē perueniens, illíque se miscens, minime quidem coruscum: sed ex ipsa ignei radii ad humorem mixtione sanguineum creante colorem, rubrum nominamus. splēdidum albúmque rubro mixtū, flauum procreat. Quo autem mensuræ modo singula singulis misceantur, etiamsi quis nouerit narrare, prudentis non est, præsertim cum neque necessarium, neque verisimilem de his rationem afferre possit. Rubrū cum albo nigróque, purpureū generat. Paulo obscurior, moreus, luteolúsque fit color. Fuluum flaui fuscíque temperatione producitur. Fuscum vero, albi & nigri confusione pallorem albi flauíque copula generat. Splendidum albo adiunctum, obfusúmque nigredine, cœruleum efficit. Cœruleum cum albo glaucum creat. Fului nigríque temperie color viridis nascitur. Hactenus Marsilius. Plura de coloribus dicere supersedi, quoniam hac de re multa pollicetur Marcellus Florentinus, quem etiam-

2008 Ministerio de Cultura

si fato functus est, de coloribus copiosissime, simul & doctissime scripsisse arbitror.

CAP. III.

PVRPVREVS color in vestimentis laudatissimus antiquis fuit, cuius authorē fuisse ferunt Herculem, vt scripsit Iulius Pollux in onomastico ad Commodum imperatorē, his verbis, Τύριοι λέγουσι ὡς ἡρακλῆς ἠράσθη νύμφης ἐπιχωρίας. Τύρος δ' ἦν τῇ νύμφῃ τοὔνομα. ἕπετο ἄρα τῷ ἡρακλεῖ καὶ κύων, κατὰ τὸν παλαιὸν νόμον. οἶσθα δὲ ὅτι τοῖς ἥρωσι συνεισῄεσαν μέχρι τῆς ἐκκλησίας οἱ κύνες. ὁ τοίνυν ἡράκλειος κύων κατὰ πέτραν ἑρπύσασαν θεασάμενος πορφύραν, περιχύσης αὐτοῦ τοῦ θερμοῦ, ἐνδακών, ὁ μὲν τὴν σάρκα ποιεῖται τροφήν, ὁ δὲ λύθρος ἄρα τὰ χείλη τοῦ κυνὸς αἱμάξας ἐφοίνιξεν. ὡς δὲ ἧκεν ὁ ἥρως παρὰ τὴν κόρην, αὕτη δὲ θεασαμένη τὰ χείλη τοῦ κυνὸς ἀνθοῦντα ἄνθει βαφῆς, οὐκ ἔφη προσήκεσθαι τὸ λοιπὸν τὸν ἡρακλέα, εἰ μὴ αὐτῇ κομίσειεν ἐσθῆτα τὴν τοῦ κυνὸς χειλῶν εὐειδεστέραν. ὁ μὲν τοίνυν ἡρακλῆς εὗρέ τε τὸ ζῷον καὶ τὸν λύθρον ἀνελέξατο, καὶ τὸ δῶρον ἐκόμισε τῇ κόρῃ, πρῶτος γενόμενος εὑρετὴς τῷ τυρίῳ λόγῳ τῆς φοινίσσης βαφῆς. Hoc est, Tyrii ferunt, Herculem captum amore nymphæ indigenæ, quæ Tyrus vocabatur. Sectabatur autem Herculē canis, vt erat mos antiquus. Nosti enim quòd simul cū heroibus canes in concionē ingrederētur. Canis igitur Herculeus purpurā per scopulū adrepentē conspicatus, ipsius prominentē carunculā mordicus adripuit, & pro cibo vsus est, cruórque labra canis colore phœniceo infecit. Vt vero rediit heros ad puellam, ipsa

2008 Ministerio de Cultura

cõſpicata canis labra inſueto colore infecta, negauit ſibi quicquã poſthac cum illo fore, niſi ſi veſtem canis labris ſpecioſiorem afferret. Sic itaque Hercules concha illa inuenta, cruorẽ collegit, munúſque puellæ attulit, primus inuentor, vt Tyrii perhibent, phœniceæ infecturæ. Hæc ferè ad verbum, vt rudiores Græca intelligant. Imperatores Romani priuatis purpuræ vſum interdixerunt, in titulo, Quæ res vendi non poſſunt, libro quarto Codicis.

Purpuræ autẽ appellatione omnis generis purpuram contineri puto. Itaque buccinum & conchylium cõtinebitur, l. Si cui lana. ſuprà De legat. tertio. in vulgatis codicibus legitur fucinum & iacinctum, vel iacinum, & in horum interpretatione mirãdum in modum hallucinatur Accurſius, cum ex Plinio conſtet buccinum & conchylium inter purpuræ genera adnumerari. Nec admodũ placet, quòd Nebriſſenſis ianthinum legit. Purpuræ vſus nobis eſt ignotus, quod & affirmat Budæus in libro de Aſſe. Mirum tamen videtur, cum in Carteia Beticæ prouinciæ olim murices & purpuras nobiles fuiſſe conſtet, ex Strabone in tertio, ἐν δὲ καρτηΐᾳ κήρυκας δέκα κοτύλας καὶ πορφύρας φασίν. Hoc eſt, in Carteia aiunt buccinas & murices decem cotylorum capaces. In Sardinia quoque fuiſſe conſtat ex prouerbio, βάμμα σαρδωνικὸν ἀντὶ τοῦ ἐρυθροῦ καὶ φοινικοῦ, Tinctura Sardonica pro rubra & purpurea. Ro

2008 Ministerio de Cultura

mæ vero purpuræ vſum ſemper fuiſſe teſtatur Plinius his verbis, Purpuræ vſum Romæ ſemper video, ſed Romulo in trabea. Nam toga prætexta, & latiore clauo, Tullium Hoſtilium e regibus primum vſum, Hetruſcis deuictis, ſatis conſtat.

Purpura erat inſigne Romanorum magiſtratuum, quod & Martialis affirmat, cum ait,

Diuiſit noſtras purpura veſtra togas.

Et ab eodẽ purpura ponitur pro magiſtratibus,

Purpura te fœlix, te colit omnis honos.

Plinius in decimo, vbi de Gallis, Vt plane digne aliti honoris tantum præbeat Romana purpura. Id eſt, Romani magiſtratus. Purpuræ violaceæ pretium in libras denariis centũ. Plinius, Nepos Cornelius, qui diui Auguſti principatu obiit: Me, inquit, iuuene violacea purpura vigebat, cuius libra denariis cẽtum vænibat. Id eſt, decem aureis ſolatis. Subdit Plinius, Succeſſit dibapha Tyria, quæ in libras denariis mille non poterat emi. Id eſt, mille iuliis, vel cẽtum aureis ſolis. Paulo pòſt, Dibapha dicebatur, quæ bis tincta eſſet, veluti magnifico impendio. Dibaphum appellat Tullius epiſtolarum ſecũdo, ad Cælium, Curtius noſter dibaphũ cogitat, ſed eum infector moratur. Et ad Atticum, Proinde iſti licet faciãt quos volent COSS. tribunos pleb. etiam, deinde Vatinii ſtrumam, ſacerdotii διβάφῳ veſtiant. Id eſt, veſte purpurea, & bis tincta dibapha. Plinius tamen pelagi, id eſt purpuræ

2008 Ministerio de Cultura

genus, in libras quinquagenos nummos, & buccini centenos ponit, id est, quinquaginta solidos & centenos. Nummum pro solido nostro accipio ex Budæo. Vestimenta purpura infecta, eo temperamento, vt eius lapilli colorē reddant, qui amethystus appellatur, amethystina dicuntur. Plinius lib. XXXVII, Indicæ absolutum purpuræ colorem habent, ad hancque tinguentium officinæ dirigunt vota. Fundit autem eum aspectu leniter blandum, nec in oculos, vt carbunculi vibrat: vnde Ouidius amethystos purpureos,

Hic baphias, hic purpureos amethystos.

Martialis in primo amethystinásque mulierū vocat vestes. Inde amethystinatus. Martialis in secundo,

Hic quem videtis gressibus vagis lentum,
Amethystinatus media qui secat septa.

Iam & ille addito Tyrio, Tyriamethystus dictus. Plinius de tinguendo amethysto, Non est satis abstulisse gemmæ nomen amethystum, rursus absolutus inebriatur Tyrio, vt sit ex vtroque nomen improbum, simúlque luxuria duplex. Tyriū accipe pro purpura Tyria. Tyros enim quondam insula à Tyro Phœnicis filio appellata. postea vero Alexandri Magni oppugnatis operibus continenti iuncta, nobilis fuit conchylio & purpura. πολὺ γὰρ, vt ait Strabo, ἐξήτασται πασῶν ἡ τυρία καλλίστη πορφύρα. Hoc est, Longe enim omnium præstan

tissima habetur Tyria purpura. Tyrus quondam Sarra dicta, vnde Sarrana apud Iuuenalem. Dicûtur quoque absolute Tyriæ, vestes purpura Tyria infectæ. Ouidius,

Siue erit in Tyriis, Tyrios laudabis amictus.

Martialis in primo,

Hispanas, Tyriasque, coccinásque.

Tyriæ quoque lacernæ. Martialis,

Vt lutulenta linat Tyrias mihi multa lacernas.

Quarum pretium disce ex eodem Martiale,

Emit lacernas millibus decem Bassus
Tyrias coloris optimi.

Et in Mancinum,

-Millibus decem dixti
Emptas lacernas munus esse Pompillæ.

Idem Martialis in Proculeiam, libro decimo, vestis purpureæ immensum pretium ponit, quam trabeam fuisse puto, vel togam pictam. Ludit in vxorem quæ diuertit à viro, propterea quòd Prætor esset renuntiatus,

Quid, rogo, quid factum est, subiti quæ causa doloris?
Nil mihi respondes? Dicam ego, Prætor erat.
Constatura fuit Megalensis purpura centum
Millibus, vt nimium munera parca dares.

Per Megalēsem purpurā intelligit togam pictam, qua ornabātur Prætores celebrādis Megalensibus ludis. Iuuenalis enim inter ornamenta Prætorum

2008 Ministerio de Cultura

adnumerat trabeam,

-cum non eſſent vrbibus illis
Prætexta & trabeæ. Et alibi,

- Megaleſiacæ ſpectacula mappæ,
Idæum ſolenne colunt, ſimili'que triumpho
Prædo caballorum prætor ſedet.

Toga enim picta triumphantiũ erat, vt docebo ex Liuio. Quod verò toga picta fuerit Prætorum, docet Lãpridius in Alexandro, in hæc verba, Prætextam & pictam togam nuſquam, niſi cõſul accepit, & eam quidem quam de Iouis templo alii quoque accipiebant, aut Prætores aut Conſules. Quibus verbis apparet, Prætores & Cõſules ſolitos accipere prætextam, & togam pictam de templo Iouis. Et etiam tunicam, quæ ob id à Iuuenale, vt opinor, tunica Iouis dicitur. Alio verò tempore Prætores vtebantur prætexta. Plutarchus in Cicerone de Cornelio Lentulo, Qui cũ Prætor eſſet, magiſtratu ſe abdicauit. στρατηγῶν γὰρ ἐτύγχανε, καὶ τὴν περιπόρφυρον ἐν τῇ βουλῇ καταθέμενος, διήλλαξεν ἐσθῆτα τῇ συμφορᾷ πρέπουσαν. Hoc eſt, Erat enim Prætor, poſitáque in ſenatu prætexta, fortunæ ſuæ cõgruam induit. Interpres aliter vertit, ſcilicet purpuream veſtem. Vter veritatis ſcopum attigerit, doctorum ſit iudiciũ. Nihil mihi ſumo, nihil interpreti detraho. Latius autem explicabo in prætexta, eam ipſam eſſe, quam Plutarchus identidem περιπόρφυρον appellat. Sed ad Martialẽ reuertamur, qui cum

2008 Ministerio de Cultura

ait, centum millibus, sestertiûm intellige. Cum lacernarum Tyriarum posuerit, cinq cēs francs. Et sanè vestem purpuream emere cinq mille francs, immensum videtur, nisi si quis de purpura dibapha intelligat, quæ in libras denariis mille nō poterat emi, vt ait Plinius. Atqui fuit tempus cum ipsa purpura ad argētum appensa ei repēdebatur, ἰσοστάσιος ἦν ἡ πορφύρα πρὸς ἄργυρον ἐξεταζομένη, vt ait Athenæus dipnosophistarum libro XII. Vel fortasse Megalēsis purpura accipiēda est ea quæ à prætoribus in ornatum chori in ludis illis, partim emebatur, partim cōducebatur, partim etiam commodato rogabatur. Cuius meminit Plutarchus in Lucullo, vbi loquitur de quodam Prætore de spectaculis ambitiose sollicito, qui cum à Lucullo in chori ornatū chlamydes purpureas peteret, ἀπεκρίνατο, σκεψάμενος ἂν ἔχῃ δώσειν, εἶτα μεθ' ἡμέραν ἠρώτησεν αὐτόν, ὁπόσων δέοιτο. τοῦ δὲ ἑκατὸν ἀρκέσειν φήσαντος, ἐκέλευσε λαβεῖν δὶς τοσαύτας. Hoc est, Respōdit inspecturum si domi haberet, daturúmque. Postridie vero interrogauit eum, quot sibi opus esset. Illo autem affirmante, centum sufficere, iussit dare bis totidē. Hactenus Plutarchus, qui ex Horatio hæc sumpsisse videtur epistola ad Numitium, dum ait,

-chlamydes Lucullus, vt aiunt,
Si posset centum scenæ præbere rogatus,
Qui possim tot? ait: tamen & quæram, & quot habebo

2008 Ministerio de Cultura

Mittam, post paulo scribit sibi millia quinque
Esse domi chlamydũ, partem vel tolleret omnes.
Exilis domus est, vbi non & multa supersunt.

Verum cum obfirmatè decernere non ausim, vter sensus sit verior: tamen eorum alterum verum esse putabo tantisper, dum quispiam ex eruditorum ordine mihi aliter persuadeat. Porrò autẽ ex Plinio satis constat immensum purpuræ pretiũ fuisse, cum ait, Conchylia quoque & purpuras omnis ora atterit, quibus eadem mater luxuria, paria penè etiã margaritis pretia fecit. Et paulo post, Congregantur verno tempore, mutuóque attritu lentorem cuiusdã ceræ saliuant. Simili modo & murices. Sed purpuræ florem illum tingendis expetitum vestibus, in mediis habent faucibus. Liquoris hic minimi est in candida vena, vnde pretiosus ille bibitur nigrantis rosæ colore sublucens. Hactenus Plinius. A conchylio, conchyliata vestis. Cicero in Antonium, Conchyliatis Cnæi Põpei peristromatis seruorum in cellis lectos stratos videres. Et apud Iuuenalem, Cõchylia Coa. Iulius Cæsar cõchyliatæ vestis vsum, nisi certis personis, & ætatib⁹, perque certos dies ademit. author Trãquillus. Murices quoque purpuræ vsum præstant, in Tyro nobiles, vt ait Cælianus. Martialis in primo, Olidæ vestes murice. Ouidius,

Nec quæ de Tyrio murice lana rubet. Et erat grauis odoris. Martialis,

2008 Ministerio de Cultura

Quod bis murice vellus inquinatum.
Inde iocus in Philenem,
Tinctis murice vestibus quod omni
Et nocte vtitur, & die Philenis,
Non est ambitiosa, nec superba,
Delectatur odore, non colore.

Ianthina etiamnum vestimenta sunt violacea purpura infecta: ἴον enim Latini violam dicunt. Plinius lib. XXI, Purpureæ latiore folio statim ab radice carnosa exeunt, solæque Græco nomine à cæteris discernũtur, appellatæ ia, & ab iis ianthina vestis. Sic enim legendum ex emendatissimo codice. Qui colos à Græcis ἰοειδὴς dicitur. Iulius Pollux in decimo, vbi περὶ τῶν ἐν τοῖς κλίναις ἐσθήτων. Martialis in secũdo, Coccina famosæ donas, & iãthina mœchæ. Id est, vestimenta purpura violacea infecta. Luxuria enim, vt ait Plinius, vestibus prouocauit eos flores qui colore commẽdantur. Hos animaduerto tres esse principales. Vnum in cocco, qui in rosis micat, gratius nihil traditur aspectu. Et in purpura Tyria, dibapháque Laconica. Alium in amethysto qui in viola, & ipsum purpureum, quémque ianthinum appellamus. Genera enim tractamus in species multas sese spargentia. Tertius est qui proprie conchyliis intelligitur multis modis. Vnus in heliotropio, & in aliquo ex iis plerunque saturatior: alius in malua ad purpuram inclinans, alius in viola serotina conchy-

2008 Ministerio de Cultura

liorum vegetiſſima. Sic enim legendum cenſeo. Nec tamen me fallit ab hyacintho flore, cum loto & croco ab Homero laudato, dici etiamnũ hyacinthina ea veſtimenta, quæ cum eius floris colore certant, vel etiam eiuſdem nominis lapide. Perſius, Hic aliquis, cui circũ humeros hyacinthina læna eſt. Magnum ſanè diſcrimen eſſe, inter amethyſtinum & hyacinthinum, palàm fit ex Plinio lib. XXXVII, vbi de hyacinthis: Multum ab eo diſtat hyacinthos, tamen è vicino deſcẽdens differentia, quòd ille emicãs in amethyſto fulgor violaceus, dilutus eſt in hyacintho, primóque aſpectu gratus euaneſcit antè quàm ſatiet, adeóque nõ implet oculos, vt penè non attingat, marceſcens celerius nominis ſui flore. Quibus verbis videre eſt, Ianthinum, id eſt, violaceum legendum apud Plinium, non autem Iacinthinum. De Iacintho verſo in florẽ Ouidius tranſformationũ decimo. Hactenus de purpura. Nec tamẽ omiſerim adſcribere vocabula, quib⁹ Græci, & in his Pollux, veſtes purpureas appellãt: ea ſunt, ἁλουργίς, πορφυρίς, φοινικίς. Hoc tamen vltimum potius colorem phœniceũ quàm purpuram deſignat. Illud quoque non omittendum Lacedæmonios in præliis vſos veſte quam φοινικίδα diximus, quæ cum ſanguinei coloris eſſet, vulneratos fallebat, ſi ſanguis per eam deflueret. Hæc ex Græcorum commentariis. Quod ſi ea requiris αὐτοῖς ὀνόμασι. φοινικὶς ἔνδυμα λακωνικὸν, ὅπερ εἰς ἀ-

2008 Ministerio de Cultura

λεμον ἴοιεν ὁμόχρους τῷ αἵματι, ὡς ἂν εἴποτε πληγῆναι συμβαίη, μὴ εἰς φιλοψυχίαν αὐτοῖς ἐμβαίνειν τὸ αἷμα ὁρώμενον. Verba hæc ſunt, Purpura indumẽtum Laconicõ cum ad bellũ proficiſcerẽtur ſanguini cõcolor, ne ſiquãdo vulnerari eos contigiſſet, ſanguinis aſpectus metum eis incuteret. Purpuræ vero appellatione coccum non cõtinebitur, vt placet Vlpiano in leg. Si cui lana. ſuprà De legatis tertio. Quod ſi verũ eſt, nõ prorſus eadem ſentire videbitur Matthæus, de veſte qua induerunt perfidi Iudæi ſeruatorem noſtrum Ieſum Chriſtum, cũ Marco & Iohanne. ait enim, περιέθηκαν αὐτῷ χλαμύδα κοκκίνην. Id eſt, Circũdederunt ei chlamydem coccinam. Marcus vero ait, qui Matthæi epitomen ſcripſit: καὶ ἐνδύουσιν αὐτὸν πορφύραν. Id eſt, Et induunt eum purpura. Iohãnes quoque, καὶ ἱμάτιον πορφυροῦν περιέβαλον αὐτόν. Id eſt, Et pallio purpureo circũdederunt eum. Vides vt Marcus & Iohãnes de purpura cõueniunt. Matthæus vero, vel Matthæi potius interpres, de cocco ſentit. Quocirca vel interpres in vertendo: Matthæo falſus eſt, quod minime affirmare auſim, ſi Iohannes vertit, vt putãt, vel Matthæus ipſe, coloris potiꝰ rationem habuiſſe videtur quàm materiæ. Quãdoquidem nemo rerum antiquarum peritus, inficiabitur illam purpuream fuiſſe, ſiue chlamys fuerit, ſiue trabea, ſiue toga picta, quæ erãt antiqua patrum munera, mittebantúrque regibus & amicis à P.R. appellatis, vt dicam in prætexta. Verum hac

2008 Ministerio de Cultura

de re curioſus ad ſenatum Sorbonicum referat. Coccum igitur à Dioſcoride κόκκος βαφικὴ dictum, frutex eſt fullonius, cui adhærēt grana, quibus fit color ille lanarum præcipuus, cuius copia ſumma in ea parte Hiſpaniæ, quæ Tudertania appellatur, vt eſt author Strabo in tertio. Sūt qui putāt eo abundare Germaniam, eſſeque id, quod crameſinū vulgo dicimus. Etiāſi Raphael Volaterranus multæ lectionis vir, exiſtimet id eſſe quod anthillum & anthicellum apud Pliniū. Ego nil temere hac de re affirmare auſim, tantū dico à cocco dici coccina veſtimenta ea quæ cocco infecta ſunt.

Martialis in ſecundo,

Coccina famoſæ donas & ianthina mœchæ.

Iuuenalis.

-quem coccina læna
Vitari iubet, & comitum longiſſimus ordo.

Vnde coccinatus. Martialis in primo,

Qui coccinatos non putat viros eſſe.

Illud vero hac in parte nō omittendum videtur, quod ſcripſit Plutarchus in Fabio, ſignum ſcilicet prælii futuri Rom. imperatoribus fuiſſe tunicam coccinam, extenſam ſupra prætorium. ἅμα δ' ἡμέρᾳ τὸ τῆς μάχης σημεῖον ἐξέθηκεν. ἔστι δὲ χιτὼν κόκκινος ὑπὲρ τῆς στρατηγικῆς σκηνῆς διατεινόμενος. Hoc eſt, Prima luce pugnæ ſignum extulit. Eſt autem tunica coccina ſupra prætoriū extēſa. Guarinus, haud ſcio quàm recte veſtem purpuream vertit. Vexillū vero erat

insigne, cum ad arma concurri oporteret, vt meminí me legisse in secundo commẽtariorum Cæsaris. Antequam vero à cocco & purpura discedo, nõ iniucundum lectori delicato fore arbitror, si ex Plutarcho addam memorabilem purpuræ vim & copiam, quæ Susis ab Alexandro captis in ipsius deuenit potestatem. Verba Plutarchi subscribam, ea sunt in Alexandro, ὅπου, φησὶ, καὶ πορφύρας ἑρμιονικῆς εὑρεθῆναι τάλαντα πεντακισχίλια, συγκειμένης μὲν ἐξ ἐτῶν δέκα δεόντων διακοσίων, πρόσφατον δὲ τὸ ἄνθος ἔτι καὶ νεαρὸν φυλαττούσης. αἴτιον δὲ τούτου φασὶν εἶναι τὸ τὴν βαφὴν διὰ μέλιτος γίνεσθαι τῶν ἁλουργῶν. Hoc est, Vbi aiũt & purpuræ Hermionicæ inuenta quinquaginta millia talenta, repositæ quidem ab annis ferme ducentis, recentémque adhuc coloris florem, nouúmque seruantis. Huiusce vero rei causam adferunt, quòd infectura purpuræ ex melle facta sit. Talentum accipe pro pondere. Iam & illud adscribam ex Athenæo, vbi de scena Alexandri, cuius meminit Budæus in lib. de Asse, καὶ πρῶτοι μὲν, inquit, πέρσαι πεντακόσιοι μηλοφόροι περὶ αὐτὴν ἐντὸς εἱστήκεισαν πορφυραῖς καὶ μηλίναις ἐσθῆσιν ἐξησκημένοι, μετὰ δὲ τούτους τοξόται τὸν ἀριθμὸν χίλιοι, οἱ μὲν φλογινὰ ἐνδεδυκότες, οἱ δὲ, ὑσγινοβαφῆ, πολλοὶ δὲ καὶ κυανᾶ εἶχον περιβόλαια. Et paulo post, εἶτα μύριοι πέρσαι τό τε τὴν πορφύραν ἔχον πλῆθος, οἷς ἀλέξανδρος ἔδωκεν φορεῖν τὴν στολὴν ταύτην. Hoc est, Et primi quidem Persæ quingenti pomigeri, intus ad Prætorium adstiterãt, purpureis ac melinis

2008 Ministerio de Cultura

veſtibus ornati. Poſt hos vero mille ſagittarii, quorum alii flammea induti, alii hyſginea, multi vero & cyanea habebant circuniecta. Præterea Perſarum decem millia, & purpuræ ius habens turba, erant circiter quingenti, quibus Alexãder gratiam fecit huiuſmodi ſtola vti. Quod vero apud Athenæum ὑσγινοβαφῆ ſcriptum eſt, nos vertimus hyſginea. Eſt autem hyſginum planta colore flaua, & inde ὑσγινοβαφῆ dicta quæ ab ea plãta tincta ſunt, τὰ ὑπ' αὐτῆ βεβαμμένα. Hoc legiſſe memini in ſcholiis in Nicandrum, ſi tibi probatus author. Hyſgini vero mentionẽ facit Plinius lib. XXXV. cap. vi. & Vitruuius in octauo. Quod ſi verũ eſt, falluntur qui cenſent apud Plinium libro nono, cap. xli. legendum hyſginum. Neque enim ipſe video quonam pacto ex cocco & Tyrio ſimul mixtis fieri poſſet color flauus, & hyſgineus. Quinetiam operæpretiũ viſum eſt, memorabilẽ Sardanapali luxum ex Athenæo ſubſcribere, quẽ nequiſſimus ille ad rogum vſque, finémque vitæ exercens, perſeuerauit, qui cum mori deſtinaſſet, præter auri argentíque vim incomparabilem, ſecum pallia, purpuras, ſtolas innumerabiles in rogo concremauit. Verum non ab re erit, opinor, tragœdiam ipſam ex Athenæo totam perſpiciendam proponere. Sardanapalus, quem alii Anacindaraxi filium, alii Anabaxari aiunt, in regia clauſus, à nemine præterquàm ab eunuchis & vxoribus videbatur. Cũ ve-

2008 Ministerio de Cultura

ro Arbaces Medus ſuorum vnus Satraparum, per eunuchum Paraneſum ægrè impetraſſet, vt in regis cōſpectum admitteretur, illius iuſſu admiſſus, videt eum Medus ceruſſatū, muliebríque cultu & cura ornatum, vnà cum ſcortis purpuram carminantem. Erat autem lacte candidior. Cum itaque Medus id ægrè tuliſſet, quòd talis ſcilicet ipſis imperaret, bellum adornat: collectíſque vtrinque copiis, victus tādem, fugatúſque ab Arbace, Sardanapalus mori deſtinauit. Qui in regia pyram, immane quantum altam cum excitaſſet, ac in ea ipſa pyra domum ligneam, in qua cubilia ſtrauit, ibíque decubuit cum vxore. Scorta quoque in aliis cubilibus erant. Siquidem tres filios, duáſque filias rebus deſperatis Ninum emandauerat, regíſque oræ illius fidei cōmendauerat, datis auri talentis 3000. In domo autem illa lignea circūpoſuit auri mille myriadas: argēti vero decies mille myriadas talētum: & pallia & purpuras, & ſtolas omnigenas. mox ignē pyræ ſummitti iuſſit, quæ ardebat totos quindecim dies. Lege Græca, & videbis quanta fide verterimus quæ ſunt eiuſmodi.

CAP. IIII.

LINEA) Quod ad linum attinet, linea tunica à Græcis dicitur λινοῦς χιτῶν, quam Athenienſes talarem geſtabant. author Pollux. Illud non ineptum fuerit, addere, quod de lino aſbeſtino ſcripſit Plinius, Inuentum iam eſt etiā quod ignibus non

2008 Ministerio de Cultura ,

abſumeretur, viuum id vocant, ardentéſque in focis cõuiuiorum ex eo vidimus mappas ſordibus exuſtis ſplendeſcẽtes igni magis, quàm poſſent aquis. Regum inde funebres tunicæ corporis fauillam ab reliquo ſeparant cinere. Naſcitur in deſertis aduſtíſque ſole Indiæ, vbi non cadunt imbres inter diras ſerpentes, aſſueſcítque viuere ardendo. Rarum inuẽtu, difficile textu, propter breuitatem. Vocatur autẽ à Græcis aſbeſtinũ ex argumẽto naturæ. Anaxilaus author eſt, linteo eo circũdatam arborem ſurdis ictibus, & qui non exaudiãtur, cædi. Ergo huic lino principatus in toto orbe. Porrò autem Strabo in decimo, ſcribit in Cariſto lapidẽ naſci, quẽ tondere ſolent, & mox nere, ex quo fiũt χειρόμακτρα, id eſt mantilia, quæ ſordida facta, flammis emundari ſolent, non aliter quàm aquis. ἐν δὲ τῇ, inquit, Καρύστῳ καὶ ἡ λίθος φύεται. ξαινομένη καὶ ὑφαινομένη. ὥστε τὰ ὑφάσματα χειρόμακτρα γίνεσθαι. ῥυπανθέντα δὲ βάλλεσθαι καὶ ἀποκαθαίρεσθαι τὸν πῖνον τῇ πλύσει παραπλησίως. In Aldinis codicibus quædã vocabula ſuperſunt. Tu in hunc modum ſuprà ſcriptum emenda. Eſt & bulbi genus lanam ferens, quod in litoribus naſcitur. Habet autem lanam ſub primis tuniculis, inquit Theophraſtus apud Athenæum in ſecũdo, ὑφαίνεται δὲ ἐξ αὐτοῦ καὶ ποδεῖα καὶ ἄλλα ἱμάτια. Hoc eſt, Texũtur autem ex ea faſciæ pedales, & alia veſtimẽta, vt & Phænias ait. χειρόμακτρα δὲ καλεῖται, inquit Athenæus in nono, οἷς τὰς χεῖρας ἀπεμάττοντο. Id

2008 Ministerio de Cultura

est, Quo manus abstergebat. Plinius lib. XIX. cap. secūdo, Theophrastus author est, esse bulbi genus circa ripas amnium nascens, cuius inter summum corticem, eamque partem qua vescūtur, esse laneā naturam, ex qua mapalia, vestésque quondam cōficiebātur. quo loco non mapalia, sed pedalia legēdum puto, ex Theophrasto apud Athenæū suprà citato. Sed neque regionem in qua id fiat, neque quicquam diligētius, præterquàm eriophoron id appellari. ἐριόξυλον etiamnum appellat Vlpianus in leg. Si cui lanæ, suprà de leg. tertio. Plinius libro XXIIII. cap. XII, Huic similis est spina illa, quam Græci acanthion vocant, minoribus multo foliis, aculeatis per extremitates, & araneosa lanugine obductis, qua collecta etiam vestes quædā bōbycinis similes fiunt in oriente. Idem quoque in XII. multa refert de arboribus Persicæ insulæ lanigeris, quem, si non est molestum, vide. Neque enim in hunc libellum nostrum transcribere est animus. Quin & alia pleraque prudentes scientésque omisimus, ne in immensum iis, quæ Græci vocant ἀπεξοσδιόνυσα, volumen excresceret. Byssus etiamnum lini species in India nascens, iam vero & AEgypto, ex arbore lanicium quoddam fit, ex quo vestem factam lineā magis dixeris, quàm laneā. Sola enim crassitudine à linea differt. author Pollux. Plinius vero circa AElim in Achaia gigni autumat, mulierum maxime deliciis.

2008 Ministerio de Cultura

CAP. V.

VEL Serica.) Seres gens Indica Stephano de vrbibus. Sũt & qui eos inter Scythas adſcribant, qui ſpectant ad oriẽtem æſtiuum. Vermiculus quidam apud eos eſt, qui σὴρ appellatur, ac ſericum inde appellatũ procreat. Quod & ſentit Pollux in ſeptimo ad Commodum. Cuius verba placitum eſt ſubſcribere, ἔνιοι δὲ καὶ τοὺς σῆρας ἀπὸ τοιούτων ἑτέρων ζώων ἀθροίζειν φασὶ τὰ ὑφάσματα. Hoc eſt, Nõnulli vero & Seras ipſos ab eiuſmodi, atque aliis animalibus colligere aiunt texturas. Virgilius,

Ignoti facie, ſed noti vellere Seres. Martialis quoque ſerica, pro veſte ſerica vſus eſt, Nec aliter dẽtes quàm ſerica noſtra reponis. Apud Tacitũ in 2. ſirica ſcriptũ eſt, pro ſerica, Proximo ſenatus die multa in luxũ ciuitatis dicta à Q. Haterio conſulari, Octauio Frontone prætura functo: decretúmque, ne vaſa auro ſolida, miniſtrandis cibis fierent, ne veſtis ſerica viros fœdaret. Tacitus quoque Imperator, vt Flauius Vopiſcus ſcriptum reliquit, holoſericæ veſtis vſum omnibus viris interdixit. Eſt autem holoſerica veſtis tota ex ſerico, nulla alia materie, qua primus Romanorum vſus eſt Antonius Heliogabalus. author Lampridius. Subſerica vero eſt, cuius ſubſtamen ex ſerico eſt, cuiuſmodi fortaſſe videtur id quod Satin de Bruges, vulgo dicim⁹. Holoſericæ veſtis pretiũ immẽſum fuiſſe cõiicio, ex Flauio Vopiſco in Aureliano, his verbis,

2008 Ministerio de Cultura

Vestem holosericam, neque ipse in vestiario suo habuit, neque alteri vtendam dedit. Et cum ab eo vxor sua peteret, vt vnico pallio blateo serico vteretur, Ille respõdit, Absit, vt auro fila pẽsentur. Libra enim auri tunc libra serici fuit. Hactenus Flauius. Blateum pro purpureo interpretatur Baptista AEgnatius. Neque vero cuipiã mirum videri debet, quandoquidem antea conqueritur Plinius, tam longinquo orbe peti, vt in publico matrona trãsluceat. Adde quòd gens illa, vnde sericum petitur, nullum cum cæteris mortalibus habet commerciũ. Quod Stephanus ait, ἀπρόσμιγὲς ἀνθρώποις. Nũc passim in Italia, & in ea Lucæ, magna vis & copia, monachorum nescio quorũ beneficio, quos refert Procopius, vermiculorũ semen, id est, vt ita dicam, ouula, imperatori Iustiniano Cõstantinopolim ex Serinda Indiæ ciuitate attulisse, vnde toti ferme Europæ copia facta. Est mihi soror Martha nomine, quæ istiusmodi lanicio, velut altera Pallas, summopere delectatur, quæ me istorũ vermiculorum naturam docuit. Appetẽte vere oua, piscium ouis haud absimilia linteolo adhærescentia, radiis solis exponũt, caloréque fouent. Quo fit vt vermiculi excludãtur, quos primũ lactucis, mox mori foliis enutriũt, quibus iam grãdioribus penulas cuique chartaceas, vt ita dicã, vel inuolucra potius distribuũt. quibus inclusi, mirabili naturæ opere lanicio sese inuoluunt. cui color partim candi-

2008 Ministerio de Cultura

dus, partim flauus. Ammianus Marcellinus libro XXIII. aliter ſentire videtur, cuius verba libitum eſt adſcribere, Agunt autem ipſi quietius Seres, armorum ſemper & præliorum expertes, vtque hominibus ſedatis & placidis eſt otium voluptabile, nulli finitimorum moleſti. Cæli apud eos iucunda ſalubríſque tẽperies, aeris facies mũda, leniúmque ventorum commodiſſimus flatus, & abunde ſyluæ ſublucidæ, à quibus arborum fœtus aquarũ aſperginibus crebris, velut quædã vellera molliẽtes, ex lanugine & liquore admixtam ſubtilitatem tenerrimam pectunt, nentéſque ſubtegmina, conficiũt ſericum ad vſus. Antehac nobiliũ, nunc etiã infimorum ſine vlla diſcretione proficiẽs. In qua opinione fuiſſe videtur Virgilius, cũ ait, Foliis depectunt vellera Seres. Et Plinius in ſexto, Seres lanicio ſyluarum nobiles, perfuſam aqua depectentes frondium canitiem.

Veſtis ſerica olim medica dicebatur, author Procopius libro primo de bello Perſico.

CAP. VI.

Vel bõbycina.) Bõbyces telas aranearũ more texũt, inquit Plinius, ad veſtem luxúmque fœminarũ, quæ bõbycina appellantur. Quod & dixiſſe videtur Pollux in ſeptimo ad Commodũ, his verbis, τὰ δὲ ἐκ βομβύκων, σκώληκές εἰσιν οἱ βόμβυκες, ἀφ᾽ ὧν τὰ νήματα ἀνύονται, ὥσπερ ὁ ἀράχνης. Hoc eſt, Bõbyces ſunt vermes à quib⁹ vt araneis fila pẽſan-

2008 Ministerio de Cultura

tur. Bõbycũ telam prima retorquere, rurſúſque retexere inuenit in Co, mulier Pamphile, Platis filia, non defraudanda gloria excogitatæ induſtriæ, vt denudet fœminam veſtis bombycina. Martialis, Fœmineũ lucet ſic per bõbycina corpus. Quæ à Co inſula, Coa veſtis appellatur.

Propertius,

Quid iuuat ornato procedere vitta capillo,
Aut tenues Coa veſte mouere ſinus? Ouidius,
Siue erit in Cois, Coa decere puta.

Viri quoque vtebantur, quod probri vice arguit Plinius his verbis, Nec puduit has veſtes etiam viros leuitate vſurpare, propter onera æſtiua, intantum à lorica gerẽda diſceſſere mores, vt oneri ſint etiam veſtes. Aſſyria tamen bombyce fœminis cedimus. Conſideranti vero mihi, atque animũ conuertenti ad ea quæ Plinius de Coa bõbyce ſcriptũ reliquit, iſti vermiculi, quos apud ſororẽ nutriri vidimus, ii ipſi ſunt qui bõbyces à Plinio deſcribuntur. Cuius verba, obſecro te cãdide lector, mecum etiam atque etiã cõſidera. Etenim ſi verũ eſt, fallũtur, qui ſericũ putãt eſſe quam vulgo ſetã dicimus, quámq; cõficiũt iſti vermiculi, qui paſſim in Italia & Gallia lanicii cauſa nutriũtur. Verba Plinii hæc ſunt, Fieri autẽ primo papiliones paruos, nudóſque. Mox frigorũ impatiẽtia villis inhorreſcere, & aduerſus hyemẽ tunicas ſibi inſtaurare dẽſas, pedũ aſperitate radentes foliorum lanuginẽ in vellera.

2008 Ministerio de Cultura

Hanc ab his quoque cogi,ſubigíque vnguium carminatione,mox trahi inter ramos,tenuari ceu pectine, poſtea apprehenſam corpore, inuolui nido volubili, tunc ab homine tolli, fictilibúſque vaſis tepore & furfurum eſca nutriri, atque ita ſubnaſci ſui generis plumas,quibus veſtitos ad alia pẽſa dimitti. Quæ vero cœpta ſint lanificia, humore lenteſcere more ceræ, mox in fila tenuari iũceo fuſo.

CAP. VII.

Nec eſt quod mireris, hîc iureconſultũ, nullam de aurea veſte feciſſe mentionem. Nam ad ea potius debet adaptari ius,quæ & frequẽter & facilè,quàm ad ea quæ perraro eueniunt. τὸ γὰρ ἅπαξ ἢ δὶς,vt ait Theophraſtus,παραβαίνουσιν οἱ νομοθέται. Neque enim tã frequẽs erat vſus pãni aurei,tẽporibus illis,quàm eſt hodie,quo vel hippotoxotæ noſtrates,nec niſi proſciſſo vtũtur. Sed tamẽ tunica aurea triũphaſſe Tarquiniũ Priſcũ Verrius apud Pliniũ tradit. Aſſeueràtq; idẽ Plinius, ſe vidiſſe Agrippinã Claudii principis vxorem , edẽte eo naualis prælii ſpectaculũ, aſſidẽtem ei indutã paludamento auro textili,ſine alia materie. Quod vero de paludamẽto aureo ait Plinius, Cornelius Tacitus,qui in hiſtoria cõſcribenda Plinium nõ ſemel ſequutus videtur,non paludamentum dixit, ſed chlamydẽ auratam. Vt autem nihil inſit diſcriminis inter paludamentum & chlamydem, tamẽ non idẽ videtur auratum dicere, & auro textili nulla alia materie.

2008 Ministerio de Cultura

Verba Taciti non grauabor ſubſcribere, quando non parum facere videntur, vt mens Plinii apertior fiat & dilucidior. Ea ſunt in XII, Sub idem tempus inter lacum Fucinum, amnémque Lyrin, perrupto monte, quo magnificentia operis à pluribus viſeretur, lacu in ipſo nauale prælium adornatur, vt quōdam Auguſtus, ſtructo cis Tiberim ſtagno: ſed leuibus nauigiis, & minore copia ediderat. Claudius triremes, quadriremeſque, & vndeuiginti hominū millia armauit cincto ratibus ambitu, ne vaga perfugia forent, ac tantum ſpatiū amplexus, ad vim remigii, & gubernātium artes, impetus nauium, & prælio ſoliti in ratibus prætoriarum cohortiū manipuli, turmæque adſtiterant, antepoſitis propugnaculis, ex quis catapultæ, baliſtæque tenderentur. Reliqua lacus claſſiarii rectis nauibus obtinebāt, ripas & colles ac montium edita, in modū theatri multitudo innumera compleuit, proximis è municipiis, & alii vrbe ex ipſa, viſendi cupidine, aut officio in principē. Ipſe inſigni paludamēto, neque procul Agrippina, chlamyde aurata præſidere. Vides vt quod Plinius paludamentum auro textili dixit, Tacitus chlamydem auratam dixerit: ſed tamen Plinio teſti oculato fides potius habenda. Ouidius quoque pallæ aureæ meminit,

Ipſe deus vatum palla ſpectabilis aurea.

Porrò autē vtebantur auro intexto, inuento re-

2008 Ministerio de Cultura

gum Asiæ in Attalicis maxime Plinius in octauo, Aurum intexere in eadē Asia inuenit Attalus rex: vnde nomē Attalicis. Quin & illud adscribēdum duxi, quod de Aureliano Vopiscus, habuisse videlicet in animo, vt aurū neque in cameras, neq; in tunicas, neque in pelles, neque in argentū verteretur, dicēs, plus auri esse in rerum natura, quàm argenti: sed aurū per varios bractearū, filorū & liquationū vsus perire, argentū autē in suo vsu manere. Idem Vopiscus author, Tacitū imperatorē auro clauatis vestibus interdixisse. Nam & ipse author Aureliano fuisse perhibetur, vt aurū à vestibus & cameris & pellibus submoueret. Auro clauatæ vestes quæ sint, docet Iohānes Baptista AEgnatius, vir doctissimus, in scholiis suis in Lampridiū, & alios. Ait enim eas esse, quæ clauos aureos haberēt. Credo ex Festo Pōpeio, apud quem legere est, clauata dici vestimēta clauis intexta, vt calciamenta clauis cōfixa. Sed cum addit, Nos flores appellamus: haud satis quid velit, intelligo. Si enim de iis quos Boutons & fers dor, & orfres, dicimus: illi prorsus assentior, de quibus sentire videtur Iurecōsultus in l. Cum aurū. cum l. se. suprà eodem. Quēadmodū, inquit, claui aurei & purpurei, pars sunt vestimentorū: & si non sunt claui vestimētis consuti, tamen veste legata cōtineri. Si vero de illis floribus intelligat, qui eorum artificio vestibus inseruntur, quos acupictores dicimus, vide tu le-

2008 Ministerio de Cultura

ctor etiã atque etiã, ne te tanti viri authoritas decipiat. οὐ γὰρ πρό γε τῆς ἀληθείας τιμητέος ὁ ἀνὴρ, καὶ πρὸ ὢν ἐλλόγιμος ἐν τοῖς πᾶσιν. Hoc eſt, Nõ enim vero eſt anteponendus vir ille, quãquã alioqui inter primos celebris. Siquidem Vlpianus, vt diuerſa adſcripſit hac ipſa lege inſitas picturas, & clauos aureos, cũ ait, Et quæ his acceſſionis vice cedũt, quæ ſunt inſitæ picturæ, clauíque qui veſtibus inſuũtur. Quintilianus lib. III, Vt affert lumen clauus purpuræ loco inſertæ, ita certe neminẽ deceat intexta pluribus notis veſtis. Quibus verbis Gillius noſter cenſet elici poſſe vnicũ tantũ clauum purpureũ adiici tunicæ, quæ ob id dicatur tunica lati claui & latus clauus: quod haud ſcio an verũ ſit. Quod autem ait Vlpianus, inſitæ picturæ, inde pictæ veſtes dictæ, quas iam apud Homerũ fuiſſe conſtat. Plin. vnde triumphales natæ. Iuuenalis,

Et latum pictæ veſtis conſiderat aurum.

Colores diuerſos picturæ intexere Babylon maxime celebrauit, & nomen impoſuit. Plurimis vero liciis texere, quæ πολύμιτα appellant, Alexãdria inſtituit. Martialis,

Hæc tibi Memphitis tellus dat munera: victa eſt
Pectine Niliaco iam Babylonis acus.

CAP. VIII.

PRAECINGENDI, vt cingulum, vt zona, & quæ præcingendi cauſa parari ſolẽt. Quod

2008 Ministerio de Cultura

vero ad zonam pertinet, illud nõ omiſerim quod Strabo lib. Geogra. quarto ſcriptum reliquit, Gallos olim ſolitos dare operã, ne obeſi fierent, & ventroſi, puniréque iuuenem certam zonæ mẽſuram excedẽtem. Verba Strabonis ſubſcribam, ἴδιον δὲ καὶ τοῦτο. ἀσκεῖν γὰρ αὐτοὺς μὴ παχεῖς εἶναι, μηδὲ προγάστορας. τὸν δ' ὑπερβαλλόμενον τῶν νέων τὸ τῆς ζώνης μέτρον, ζημιοῦσθαι. Hoc eſt, Id quoque eis eſt proprium vt ſeſe exerceant, ne obeſi ventréque prominulo ſint. Siquis autem iuuenis modum zonæ præſcriptũ exuperet, multa afficiatur. Succincti dicuntur milites, quòd breuioribus ſagis vtentes, altius cincti videntur. Accincti quoque gladio. Tacitus in vndecimo, Ferúntque militem, quia extra vallum non accinctus, atque alium, quia pugione tantum accinctus foret, morte punitos. Nonnunquam vero ignominiæ cauſa cogebantur milites tunicati & diſcincti foſſam fodere, præſentibus, ſpectãtibúſque aliis militibus. Qua pœna vſum Lucullũ in eos milites, à quibus in quodã prælio fuga cœpta, author Plutarchus in Lucullo, ἀτιμίαν τινὰ τοῖς φυγοῦσι νενομισμένην προσέβαλε, κελεύσας ἐν χιτῶσιν ἀζώστοις ὀρύξαι δώδεκα ποδῶν τάφρον ἐφεστώτων καὶ θεωμένων τῶν ἄλλων στρατιωτῶν. Hoc eſt, ignominiam quandam deſertoribus vſurpatam inflixit iuſſis ipſis in tunicis, diſtinctis foſſam pedũ duodecim fodere adſtãtibus, atque ſpectãtibus aliis militibus. Cæſar item Auguſtus pro delictorum genere variis ignominiis milites affe-

2008 Ministerio de Cultura

cit, vt ſtare per totum diem iuberet ante prætoriũ, interdum diſcinctos, tunicatóſque. author Tranquillus. Cæterum, hoc in loco, bona tua venia, lector candide, Iurecõſultum agam. Aduerte tu rabula, quia eſt de pane lucrando. ait Vlpianus præcingendi, non autem accingẽdi. Si enim accingendi dixiſſet, veſtimentorum appellatione gladius comprehenderetur, quod nequaquam videtur rationi conſentaneum. De armis quæ tegendi cauſa parari ſolẽt, dubium videri poteſt. mouet quæſtionem, primum, quòd loricam antiqui lineam geſtabãt, ac ipſe Magnus Alexander, qui Aſiæ imperium obtinuit, lorica linea vſus dicitur, vt memini me legiſſe apud Plutarchum in Alexandro. Et thoracibus lineis antiquos pugnaſſe teſtis eſt Homerus. Deinde quòd iſtiuſmodi arma tegumenta corporis appellat Liuius his verbis, Arma his imperata, galea, clypeus, ocreæ, lorica, omnia ex ære hæc, vt tegumenta corporis eſſent. Poſtremo quòd huius legis contextu videtur militaria omnia comprehendere. Ait enim, Vt ſaga & reliqua ſimilia. Saga enim militũ ſunt, vt alias dicã. Quare ſi proponatur Sẽpronius miles teſtamento ita cauiſſe, omnia mea veſtimenta Caio Sceuæ contubernali meo do, lego: quæſtio eſt, an huic legato, arma quæ tegendi cauſa parata ſunt, quibúſque vtebatur Sempronius, legato cedant. Reſpondeo ſecundum ea quæ proponantur, non cedere.

2008 Ministerio de Cultura

Siquidem alia cauſa veſtimentorum, alia armorum. Veſtimenta enim inuenta ſunt, vt nos à frigoribus, calore, & imbre tutarentur: arma vero, vt à telorum impetu. Cum igitur ſeparata ſint, eorũ ſeparata quoque ratio ſit, neceſſe eſt. Si mihi non credis, citabo tot iura, gloſſas ſingulares & vnicas, quot vnquam Barbatius in ſuis conſiliis.

CAP. IX.

VELVTI togæ.) Tunicæ togã ſuperimponebatur, vel tunicis potius. Nec mihi velim fidem vt adhibeas, niſi authorẽ laudarim ἀξιόπιστον, Plutarchũ ſcilicet, qui in Tiberio & Caio ſic ait, αὐτοῦ δὲ τοῦ Τιβερίου φεύγοντος ἀντελάβετό τις τῶν ἱματίων. ὁ δὲ τὴν τήβεννον, id eſt togã, ἀφεὶς καὶ φεύγων, ἐν τοῖς χιτῶσιν ἐσφάλη. Quibus verbis apparet, cũ quis Tiberii veſtimẽta cõprehẽdiſſet, abiecta toga eum aufugiſſe, tunicatumq; cecidiſſe. Toga erat Romanorũ. Auguſtus igitur, viſa quondã pro cõcione pullatorũ turba, indignabũdus acclamitãs: En, ait, Romanos rerũ dominos, gentémque togatã. Et ſanè fuit tẽpus, quom fæx vulgi non temere vnquã Romæ toga vteretur, ſed ſola tunica. Quãobrẽ plebẽ Romanã Tacitus tunicatũ populum appellat. Cuius verba extãt in oratorum dialogo. Quod ſæpius vulgus imperitũ & tunicatus hic populus trãſeũtis nomine vocat, & digito demõſtrat. Quod vero τήβεννον Plutarchus dixit, Athenæus τήβενναν dixit in quinto, vbi de Antiocho, πολλάκις δὲ καὶ τὴν βασιλικὴν ἀποθέμενος ἐσθῆτα τήβενναν ἀναλαβὼν, περιῄει κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀρχαι-

2008 Ministerio de Cultura

ῥαπιάζων. Hoc eſt, Sæpe etiã & poſita veſte regia tebẽnã indutus cicũibat forũ comitiis. Meminit & in decimo, iiſdẽ fermè verbis. Artemidorus in ſecundo de ſomniorũ interpretatione, vnde τήβεννος toga dicta ſit, obiter docere videtur, cũ ait, τὰ δ᾽ αὐτὰ καὶ ἡ ῥωμαϊκὴ ἐσθὴς ἣν νῦν τήβεννον καλοῦσι ἀπὸ τημένου τοῦ ἀρκάδος, ὃς πρῶτος ἑαυτοῦ χλαμύδα οὕτω περιεβάλλετο τὸν τρόπον, εἰσπλεύσας κατὰ τὸν ἰόνιον κόλπον, καὶ ὑποδεχθεὶς ὑπὸ τῶν ταύτῃ κατοικούντων ἀφ᾽ οὗ καὶ μαθόντες καὶ οἱ ἐγχώριοι τὸν αὐτὸν ἐσκεύαζον τρόπον, καὶ ἐκάλουν τὴν ἐσθῆτα τημένιον ἐπώνυμον τημένου τοῦ δόντος. ὕστερον δὲ τῷ χρόνῳ παραφθαρὲν τὸ ὄνομα τήβεννος ἐκλήθη. Hoc eſt, Itidẽ veſtis Romanã quam nũc togã appellãt à Timeno Arcade, qui primus chlamyda ſuam ita induit ſinũ Ionium nauigãs: exceptúſque ab accolis, & veſtis forma ab eis comperta ſimilẽ ſibi concinnarũt, quã ab authore Timeniã vocarunt. Poſtea autem tẽpore deprauato nomine toga appellata eſt. Toga quoque pro pacis artibus. Caſſius ad Tulliũ, Eſt enim tua toga omniũ armis fœlicior. Toga enim erat pacis inſigne. Tull. in Piſonẽ, Nõ dixi hanc togã qua ſum amictus, nec arma, ſcutũ, & gladiũ vnius imperatoris: ſed quod pacis eſt inſigne, & otii toga. Cõtra autẽ arma, tumultus atque belli. Enimuero antiquit⁹, vel in bello togis vtebãtur Romani. author Plutarchus in Coriolano, ἦν δὲ τότε τοῖς ῥωμαίοις ἔθος εἰς τάξιν καθισταμένοις, καὶ μέλλουσι τοὺς θυρεοὺς ἀναλαμβάνειν, καὶ περιζώννυσθαι τὴν τήβεννον, ἅμα καὶ διαθήκας ἀγράφους γίνεσθαι τριῶν ἢ τεττάρων ἐπακουόντων, ὀνομάζοντας τὸν κληρονόμον.

2008 Ministerio de Cultura

Hoc eſt, Fuit autem temporibus illis mos Romanis vt in acie conſtituti, priuſquã clypeos reciperent, togáſque præcingerent, teſtamenta in procinctu facere, tribúſque aut quatuor audientibus, hæredem nuncupare. Et hoc erat teſtamẽtum, quod procinctum appellatur à Iuſtiniano, titulo De teſtamẽtis. Illi quoque qui magiſtratũ petebant, toga candida vtebãtur, & ob id candidati dicebãtur. Extat oratio M. Tullii habita in toga candida. Liuius in quarto ab vrbe cond. album veſtimentum vocat his verbis, Placet tollendæ ambitionis cauſa Tribunos legem promulgare, ne cui album veſtimentum addere petitionis cauſa liceret. Poetæ togulam vſurpant pro toga, ni fallor. Martialis,

Trita quidem nobis togula, viliſque, putríſque:
Denariis tamen hanc non emo Baſſe tribus.

Et in ſeptimo,

Pro togula debes, hoc ad te pertinet Olle.

A toga fit togatus & togatulus, vt apud Martialẽ vndecimo,

Iam parce laſſo Roma gratulatori,
Laſſo clienti, quàm diu ſalutator
Anteambulones, & togatulos inter
Centum merebor plumbeos die toto

Et in eodem,

Hoc quiſquam ferat, vt tibi tuorum
Sit maior numerus togatulorum,
Librorum mihi ſit minor meorum.

2008 Ministerio de Cultura

Cum ait Martialis, centum plumbeos, pro centum quadrantibus accipe, quibus hodiéque Romani vtuntur, & quadrins vocãt vulgò, corrupto vocabulo, vt ferè fit, ita tamen vt minimũ, quantum desciuerit. Quod enim Latini quadrans dicebant, hodie Romani dicunt quatrin, quorum decem duodecim denariolis, id est duodeno permutantur, vt prolixissime docuit Budæus in libro de asse. Budæus inquã ille, qui velut alter Mercurius, mira ingenii fœlicitate dicam, an industria, rem nummariã iam pridem antiquitatis tenebris inuolutam, vel immersam potius, velut ab inferis reuocauit. Quo nomine studiosorũ sanè nullus, duntaxat eorũ, à quibus liuor abest, quin illi hoc tempore plurimum debeat, & debere fateatur: si qui sint, qui inuideant,

Rumpatur quisquis rumpitur inuidia.

Per centum quadrantes sportulã intellige, quæ togatis dabatur à potentioribus, vt deducerentur & reducerentur per vrbem incedentes. Martialis,

Si matutinos facile est tibi rumpere somnos,
  Attrita veniet sportula sæpe toga.

Idem Martialis,

Nec vocat ad cœnam Marius, nec munera mittit,
  Nec spondet, nec vult credere, sed nec habet.
Turba tamẽ non deest sterilem quæ curet amicũ.
  Heu quàm perfatuæ sunt tibi Roma togæ.

Solebant enim Romani togati potentiores co-

2008 Ministerio de Cultura

mitari per vrbem. Tullius ad Atticum primo, Quom ad forum ſtipati gregibus amicorum deſcēdimus. Quod ipſi Martiali erat permoleſtum, quippe qui inter cæteras vitæ fœlicitates togam raram optet. Verſus ipſius quoniam viſi ſunt iucundiſſimi,& ad verbum ediſcendi,lubentes commeminimus:

Vitam quæ faciunt beatiorem,
Iucundiſſime Martialis,hæc ſunt,
Res non parta labore,ſed relicta,
Non ingratus ager,focus perennis,
Lis nunquam,toga rara,mens quieta,
Vires ingenuæ,ſalubre corpus,
Prudens ſimplicitas,pares amici,
Conuictus facilis,ſine arte menſa,
Nox non ebria,ſed ſoluta curis,
Non triſtis thorus,attamen pudicus,
Somnus qui faciat breues tenebras.
Quod ſis eſſe velis, nihílque malis:
Summum nec metuas diem,nec optes.

Togam raram optat,id eſt,ne cogatur bene mane togatus circunuolitare limina potentiorum,ſalutationis defuncturus officio. Nec tanti putat eſſe ſportulā illam,quæ cuique in dies ſingulos dabatur,centum ſcilicet quadrātes. Ea ſumma nummi noſtratis valet decem ſolidos. De qua Iuuenalis in prima, -ſportula primo
Limine parua ſedet turbæ rapienda togatæ.

2008 Ministerio de Cultura

Et paulo poſt,

-denſiſſima centum
Quadrantes lectica petit.

Et apud Martialem ſexcentis in locis. Fuit tempus quum toga commune veſtimẽtum eſſet diurnum ac nocturnum, & muliebre & virile. Poſtea vero mos fuit, vt mulieres adulterii conuictæ virili toga indutæ, in publicũ procedere cogerentur, vt legi apud Iſidorũ non omnino peſſimũ authorem. Cui adſtipulari videtur Martialis, cum ait,

Coccina famoſæ donas, & ianthina mœchæ.
Vis mage, quæ meruit mittere, mitte togam.

Et Iuuenalis in ſecunda,

Talem non ſumet damnata togam.

A toga, togatus. Inde Lucullus, Piſcinarius Xerxes, togatus à Magno Pompeio dictus, vt teſtatur Plinius. Vt vero Plutarchus refert à Stoico Tuberone, his verbis in Lucullo, καὶ διαίτας ἐναλίους κτίζοντα ὁ στωικὸς τουβέρων θεασάμενος, ξέρξην ἐκ τηβέννου προσηγόρευσεν. Hoc eſt, Et maritimas ædes excitantem conſpicatus Tubero Stoicus, Xerxem eum togatum appellauit. Interpres vertit Xerxem ex togato homine: id quàm recte, vel mediocriter eruditi iudicabũt. A toga quoque dictæ comœdiæ togatæ, quæ Romanorum: palliatæ vero, quæ Græcorum.

Iuuenalis,

Impune ergo mihi recitauerit ille togatas.

2008 Ministerio de Cultura

Senatoris Romani figura ex antiquis marmoribus desumpta.

2008 Ministerio de Cultura

CAP. X.

SATVRNALIBVS per quinq; dies S. P. Q. R. togas reponebāt, & ſyntheſibus vtebātur, & erant viliores veſtes. Martialis in Apophoretis,

Dum toga per quinas gaudet requieſcere luces,
Hos poteris cultus ſumere iure tuo.

Syntheſis quoque accipitur pro tota veſte in veſtiario cōpoſita. in leg. Titia. §. Semproniæ, infra. Syntheſis enim Græcum vocabulū compoſitionē notat. Nec hoc loco neceſſariū puto aliorum deliramenta ſuper hac re referre. A toga Galliæ pars dicta togata, quòd eius regionis homines toga paſſim vterentur. Et eſt Italiæ pars, quæ intra Padum Rubiconémque ac Apenninum montem eſt, vt Plinius docet & Ptolemæus. Martialis,

Gallia Romanæ nomine dicta togæ.

Dicti quoque Hiſpani togati & ſtolati, qui Beticā incolūt, Latinorúmque ius adepti ſunt, & in quorum agris coloniæ Romanorū deductæ. Author Strabo in tertio, καὶ δὴ, inquit, τῶν ἰβήρων ὅσοι ταύτης εἰσὶ τῆς ἰδέας ϛολάτοι λέγονται καὶ τογάτοι. Hoc eſt, Atque adeò Iberorum, qui huius ſunt formæ, ſtolati vocantur & togati. Togati etiamnum dicuntur pacis amatores. Tullius libro quarto ad Atticum, Ergo erimus ὀπλῖται, qui togati eſſe volumus. Toga pura tyrones nouæque nuptæ induuntur. Plinius in octauo, vbi de C. Cæcilia loquitur, Ea prima texuit rectam tunicam, qua ſimul cum toga

2008 Ministerio de Cultura

pura tyrones induũtur, nouæque nuptæ. Tullius ad Atticum, Etsi Ciceroni meo togam purã cum dare Arpini vellem, hanc eram ipsam excusationem relicturus ad Cæsarem. Et alibi non semel. Toga pura quid sit, si nescis, disce ex Plutarcho in Antonio, ἐγγράφων μὲν εἰς ἐφήβους τὸν κλεοπάτρας παῖδα καὶ καίσαρος, τὸ δὲ ἀπόρφυρον καὶ τέλειον ἱμάτιον ἀντύλλῳ τῷ ἐκ φουλβίας περιτιθείς. Hoc est, Adscribens inter ephebos Cleopatræ filium & Cæsaris: iustam vero & sine purpura vestem Antyllo suo ex Fuluia filio imponens. Hoc ideo verti ad verbum, vt Græcarum literarum rudes intelligerent, eam vestem, quæ toga pura à Cicerone dicitur, ἀπόρφυρον, id est sine purpura, & τέλειον, id est iustam, dici à Plutarcho. Virilis autem toga sumebatur sedecim annorum ætate vt coniicere est ex Trãquillo in Augusto, Duodecimum annum agens, auiam Iuliam defunctam, &c. vt infra. Nec me fallit alibi à Plutarcho dici ἀνδρεῖον ἱμάτιον, in Bruto scilicet, his verbis, οἱ δ' ἄλλοι πρὸς κάσσιον ἀθροισθέντες, τὸν υἱὸν αὐτοῦ, τὸ καλούμενον ἀνδρεῖον ἱμάτιον ἀναλαμβάνοντα κατῆγον εἰς ἀγοράν. Hoc est, Alii Cassio congregati, eius filium sumentem virilem togam, deducebant ad forum. Trãquillus in Augusto, Legata, vel partes hæreditatum, & à quibuscunque hæredibus relicta sibi, aut statim liberis eorum concedere, aut si pupillari ætate essent, die virilis togæ, vel nuptiarũ. Quod ait vel nuptiarum, pro puellis accipio, quæ vt in-

2008 Ministerio de Cultura

quit Plinius, toga pura eo ipſo die induebantur, quæ in nouis nuptiis inepte virilis diceretur. Nec tamen te moueat, quod Plutarchus alibi, καθαρὰς ἐσθῆτας, καὶ καθαρὸν ἱμάτιον dixerit, id eſt, ſi verbũ è verbo velis, puras veſtes, & purum palliũ. Ego enim pro candido accipiẽdum, vel ipſius Plutarchi verbis comprobabo. Plutarchus in Catone, vbi ait, viros Antiochenſes ad excipiendum Pompei libertum Demetrium, feſto cultu ornatos, ἐσθῆτας δὲ, inquit, καθαρὰς ἔνιοι, καὶ στεφάνους εἶχον. Id eſt, Veſtes quoque candidas nonnulli & coronas habebant. Interpreti condonandũ, quòd puras verterit, verbũ è verbo. Ipſe enim Plutarchus hanc eandẽ hiſtoriæ partẽ in Pompeio retexens, ἐν ἐσθῆσι λευκαῖς, id eſt in candidis veſtibus ait. Sic & in AEmilio, ἐθεῶντο καθαραῖς ἐσθῆσι κεκοσμημένοι, Spectabant puris veſtibus ornati. Sic meo quidẽ iudicio, toga pura dicebatur, cui nulla purpura prætexta erat. Iacobus tamẽ Sadoletus, ſingularis eruditionis antiſtes diſcrimẽ facere videtur inter togã purã, & togã virilẽ, cum in libello De liberis inſtituẽdis ait, Gerẽdi mutãdíq; veſtitus diuiſa tẽpora, cum à prætexta ad togã puram, inde ad togã virilẽ tranſitus eſſet. Poſita vero prætexta, virilẽ togam ſumebãt Romani ſedecim annorũ ætate, vt coniicere eſt ex Trãquillo in Auguſto, in hæc verba, Duodecimũ annũ agens, auiã Iuliã defunctã pro cõcione laudauit. Quadriẽnio poſt, virili toga ſumpta. Ipſe tamẽ permiſit liberis

2008 Ministerio de Cultura

ſenatorum, quo celerius reipublicæ aſſueſcerent, protinus virilem togam, latum clauum induere. author Tranquillus. Porrò autem prætexta erat, cui purpura prætexitur, quam Plutarchus in Sertorio περιπόρφυρον appellat: οἱ δὲ πατέρες, inquit, ἥδοντο θαυμαστῶς τοὺς παῖδας ἐν περιπορφύροις ὁρῶντες. Hoc eſt, Patres vero mirifice lætabantur, cum prætextis or natos filios cernerent. Et in Romulo, γέροντα μὲν ἄγουσι δι᾽ ἀγορᾶς εἰς καπιτόλιον ἐν περιπορφύρῳ, βοῦλλαν αὐτῷ παιδικὴν ἅψαντες. Hoc eſt, Senem ducunt per forum in Capitolium in prætexta, bulla puerili illius collo appoſita. Interpres purpura pro prætexta poſuit, haud ſcio quàm bene. Tuum lector ſit iudiciū. Prætextatos quoque pueros Plutarchus περιπορφύρους appellat, his verbis in Publicola, ἐπὶ τούτοις ὁμήρους ἔδωκαν ἐξ εὐπατριδῶν περιπορφύρους δέκα, καὶ παρθένους τοσαύτας. Hoc loco interpres, præter conſuetudinem fœliciter vertit, Horum gratia decem prætextati, totidémque virgines ex patritio genere obſides dati. Quid autem ſit prætexta, rem hactenus paucis cognitam, à nemine certe, quorum ſcripta legerim, ſatis explicatam, ego σὺν θεῷ μέντοι aperiam. Prætexta dicebatur ea toga, cuius oræ & circuitus purpura prætextus erat. Hac de re περιπόρφυρος à Plutarcho dicta, quaſi habens in circuitu purpuram intextam. Quemadmodum enim apud Pollucem, περίλευκον dicitur veſtis ex purpura, vel alio colore in circuitu album in-

textum habens: sic περιπόρφυρος, meo quidẽ iudicio, dicitur veſtis, ἡ δὲ ἄλλου χρώματος ἐν δὲ τῷ περιδρόμῳ ἔχουσα πορφύραν ἐνυφασμένην, & cuius limbus erat purpureus. Quod & velle videtur Macrobi9 in primo, capite V I, cũ ait, Cũ toga cui purpura prætexitur. Et Liuius quartæ decadis, X L. in hæc verba, Purpura viri vtimur prætextati in magiſtratibus, in ſacerdotiis: liberi noſtri prætextis purpura togis vtũtur. Magiſtratibus in coloniis, municipiiſq; togæ prætextæ habendæ ius eſt. nec id, vt viui ſolũ habeant tantum inſigne, ſed etiã vt cum eo cremẽtur mortui. fœminis duntaxat vſum purpuræ interdicemus. Idẽ Liuius libro ſecundo tertiæ decadis, Hiſpani linteis prætextis purpura tunicis, candore miro fulgentibus, conſtiterant. Huius loci me admonuit alter ſeculi noſtri Liuius Paulus AEmilius, vir doctrinæ ſingularis. Poſtea id legi apud Polybiũ tertio: quem Liuius videtur vertiſſe ad verbũ, vt pleraque eius, τῶν δ' Ἰβήρων λινοῖς περιπορφύροις χιτωνίσκοις κεκοσμημένων κατὰ τὰ πάτρια. Athenæus in ſexto, χιτῶνας περιπορφύρους appellat: ἁλουργῆ μὲν ἀμπεχόμενοι περιβόλαια καὶ χιτῶνας ἐνδεδυκότες περιπορφύρους. Hoc eſt, Purpureis amicti circũiectis, & tunicas induti prætextas. Quibus verbis palàm fit, prætextam dici togam purpura in circuitu contextam. Neque enim tunicæ illæ miro candore fulgerent, ſi totæ contextæ purpura fuiſſent.

Iam & hoc verbum prætexo, video vſurpari à

2008 Ministerio de Cultura

probatis authoribus, pro eo quod vulgō dicimus bordare, & cooperire bordum. Auſonius, Tu Auguſte venerabilis, diſtrictus maximo bello, aſſultantibus tot milibus barbarorum, quibus Danubii ora prætexitur. Id eſt cooperta & bordata. Aldini codices habēt protexitur. Sed magis placet vt prætexitur legas. Cicero in ſecundo de diuinatione, Atque in Sibyllinis ex primo verſu cuiuſque ſententiæ, primis literis illius ſententiæ carmen omne prætexitur. Ouidius quoque, prætexta pro bordata vſus eſt iſto verſu, Quid referam Baias, prætextáque littora velis? Plinius quoque, prætexta tuguriorum poſuit in XVI, Cortex e fago, tilia, abiete, picea in magno vſu agreſtiū, vaſa, corbéſque, ac patentiora quædam, meſſibus cōuehendis, vindemiíſque faciunt, atque prætexta tuguriorū. Hoc eſt, vt interpretor, borta tecti ipſorum tuguriorū. Virg. tertio Georg. - tardis ingēs vbi flexibus errat Mincius, & tenera prætexit arundine ripam.

Georgius Merula Dionis interpres in Traiano, prætextam purpuream appellat, in ipſo ſtatim principio. Ego omni aſſeueratione affirmare auſim Georgiū nō intellexiſſe, quid eſſet in Dione περιπορφύρῳ, & vertiſſe purpurea. Et fortaſſe in Græco codice, quem videre mihi nō contigit, ſcriptum eſt τηβέννῳ περιπορφύρῳ, id eſt toga prætexta. Quod ſi verum eſt, falſus eſt ipſe, vt alii fermè ad vnum omnes, quorū quidē ſcripta vulgata ſunt.

2008 Ministerio de Cultura

Prætextæ apud Hetruſcos origině inuenere, vt inquit Plinius. Quod & ſentire videtur Strabo in quinto, λέγεται δὲ καὶ ὁ θριαμβικὸς κόσμος, καὶ ὑπατικὸς, καὶ ἁπλῶς ὁ τῶν ἀρχόντων ἐκ ταρκυνίων δεῦρο μετενεχθῆναι. Hoc eſt, Aiunt autě & triumphalia, & cõſularia, ac omnium ferè magiſtratuũ, ex Tarquiniis huc delata. Prætexta enim magiſtratuũ erat, vt docuimus ex Liuio, qua vtebantur Cenſores, qui erant velut in apice & culmine dignitatis conſtituti. Athenæus Dipnoſophiſton XIIII, καὶ παρὰ ῥωμαίοις οἱ τιμηταὶ, μεγίστη δ᾽ αὕτη ἀρχὴ, τὴν περιπόρφυρον ἐνδεδυκότες, καὶ ἐστεφανωμένοι, πελέκει τὰ ἱερὰ κατέβαλλον. Hoc eſt, Apud Romanos & Cenſores, maximus vero is magiſtratus eſt, prætextam induti, coronáque redimiti, ſecuri victimas mactabant. Cæterum regnãte Romulo, cũ Capitolio à Sabinis capto, medio in foro ſignis collatis dimicaretur, matronarum intercurſu inter duas acies, prælium ſedatum eſt: quãobrem mulieribus honores à Romanis permulti ſunt delati, primum his tranſeuntibus via cedere: deinde præſente muliere obſcœnũ nil dicere, nec nudũ aſpici: præterea ne cauſam dicerẽt apud eos iudices, qui de cæde ſunt cõſtituti: poſtremo, vt earum pueri bulla aurea ornarẽtur purpurea prætexta. Plutarchus in Romulo, φορεῖν δὲ, inquit, καὶ παῖδας αὐτῶν τὴν καλουμένην βοῦλλαν, ἀπὸ τοῦ σχήματος, ὅμοιον πομφόλυγι περιδέῤῥαιον, καὶ περιπόρφυρον. Interpres cum quid περιπόρφυρον vellet, non ſatis intelligeret,

omiſit. Neque vero neſcius ſum eorum quæ ſcripta ſunt à Macrobio : ſed apud me maior Plutarchi authoritas. Tu Macrobiũ vide cap. ſexto libri primi. Tullus Hoſtilius rex Romanorum tertius, primus prætexta vſus eſt. Plinius, Nam toga prætexta & latiore clauo Tullum Hoſtilium è regibus primum vſum, Hetruſcis deuictis, ſatis cõſtat. Plutarchus in Romulo ait, ipſum quoque Romulum prætexta vſum, his verbis, ἁλουργῆ μὲν ἐνεδύετο χιτῶνα, καὶ τήβεννον ἐφόρει περιπόρφυρον. Hoc eſt, Induebatur enim tunica purpurea, geſtabátque togam prætextam. Quare pugnantia dicere videtur Plinius & Plutarchus, diuerſos, vt opinor, authores ſequuti. Etiamſi à Plutarcho ſtare videatur Liuius in primo, his verbis, Me haud pœnitet eorum ſententiæ eſſe, quibus & apparitores, & hoc genus ab Hetruſcis finitimis, vnde ſella curulis, vnde toga prætexta ſumpta eſt, numerũ quoque ipſum dictũ placet. A prætexta, amicitia prætextata dicta, iam inde à puero cœpta, apud Martialem. Prætextati quoque cognomentũ Papirio inditum, vulgatiſſimum ex Valerio, Gellio, & Macrobio. Prætextatus quoque dicitur, qui nondum poſita prætexta, togã virilem ſumpſit. Tullius in ſecunda in Antonium, Teneſne memoria prætextatũ te decoxiſſe? Prætextatum dicit eum qui pupillari ætate eſſet. Eſt & qui prætextam inter triumphali ornamenta adſcribat, cum tamen ex Tacito, & Plu-

2008 Ministerio de Cultura

tarcho constet triumphalium veste non contineri. Tacitus in XII, Et ludicro Circensium, quod adquirendis vulgi studiis edebatur, Britannicus in prætexta, Nero triũphalium veste transuecti sunt: spectaret populus hunc decore imperatorio, illum puerili habitu, & perinde fortunam vtriusque præsumeret. Plutarchus in Mario, καὶ παρῆλθε μὲν, inquit, εἴτε λαθὼν αὑτὸν εἴτε τῇ τύχῃ χρώμενος ἀγροικότερον ἐν τῇ θριαμβικῇ κατασκευῇ, ταχὺ δὲ τὴν βουλὴν ἀχθεσθεῖσαν αἰσθόμενος ἐξανέστη, καὶ μεταλαβὼν τὴν περιπόρφυραν αὖθις ἦλθε. Hoc est, Et adfuit, siue sui oblitus, siue fortuna rustice elatus triumphalium veste: mox vero senatum id ægre ferre sentiens, abiit, assumptáque statim prætexta, reuersus est. Lege interpretem, & quàm nihil hac in re viderit, intelliges. Tacitus XVII, Ipse Vitellius à monte Miluio insigni equo paludatus, accinctúsque, senatum & populũ ante se agens, quo minus vt captam vrbẽ ingrederetur, amicorũ consilio deterritus, sumpta prætexta, & composito agmine præcessit. Quibus verbis planum fit, prætextam, saltem temporibus illis, triumphaliũ non fuisse. Cicero in oratione pro Cluentio, togã prætextam adnumerat inter ornamẽta senatoria, his verbis, Senatorem hoc queri non posse, propterea quod ea conditione proposita, petere cœpisset, quodque permulta essent ornamenta, quibus eam mitigare molestiam posset, locus, authoritas, domi splendor, apud exteras nationes nomẽ, & gra-

2008 Ministerio de Cultura

tia, toga prætexta, sella curulis, insignia, fasces, exercitus, imperia, prouinciæ. quod tamē de senatoribus intelligit, qui magistratum adepti sunt. Trabea vero erat triumphantiū & toga picta. Plinius, Pictas vestes, iā apud Homerum fuisse: vnde triūphales natæ. Verba autem Homeri, si quis forte requirat, hæc sunt, τὴν δ' εὗρ' ἐν μεγάρῳ, ἡ δὲ μέλαν ἱστὸν ὕφαινεν, δίπλακα, μαρμάρεον, πολέας δ' ἐνέπασσεν ἀέθλους, Τρώων τ' ἱπποδάμων, καὶ ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων. Pictas vero vestes, ni fallor, ἀνθινὰς appellant, quarum multa mētio apud Athenæum, Strabonē, & alios. Ausonius, Trabea vt in pace consulum, sic in victoria ducis triumphantis. fortasse inde trabeæ cōsulares dictæ ab Ammiano, quæ tamē palmata quoque dicebatur, credo à victoria. Martialis, Palmatǽque ducem, sed cito redde togæ. Paulus AEmilius in triūpho quē de rege Perse victo duxit, trabea auro depicta ornatus processit. Plutarchus in AEmilio, ἀνὴρ καὶ δίχα τοσαύτης ἐξουσίας ἀξιοθέατος ἁλουργίδα χρυσόπαστον ἀμπεχόμενος. Ausonius, Palmatam, inquis, tibi misi, in qua D. Constantius parens noster intextus est. Quibus verbis & superioribus, Ausonius eandem, opinor, consularem vestem, modo trabeam, modo palmatam, modo pictam appellat. Plinius tamen videtur pictam & trabeam, vt diuersa posuisse in octauo. Trabeā Græci ἁλουργίδα vocāt. Plutarchus in Romulo, αὐτὸς δὲ προυκάθητο μετὰ τῶν ἀρίστων ἁλουργίδι κεκοσμημένος. Hoc est, Ipse vero præsidebat

2008 Ministerio de Cultura

cum optimatibus trabea ornatus. Eam fuisse mẽtem Plutarchi asseuerare ausim, cum Romulũ trabeatum fuisse constet ex Plinio, Virgilio, & Ouidio. Interpres aliter vertit, id quàm recte, doctorũ sit iudicium. Hoc loco non omittẽdũ duco, quod de toga picta scripsit Festus Pompeius, Picta quæ nunc toga dicitur, antea purpurea vocitata est, eráque sine pictura. Eius rei argumentũ est, pictura in æde Vertumni, & Consi. Quarũ in altera M. Fuluius Flaccus, in altera T. Papirius Cursor triumphantes ita picti sunt. Quæ vero essent triumphantium ornamenta, quorum frequens mentio apud Tacitum & Plutarchum, Liuius in x. secundi belli Punici docet, his verbis, Ibi Masinissam primum regem appellatum, eximiísque ornatũ laudibus, aurea corona, aurea patera, sella curuli eburnea, & scipione eburneo, toga picta, & palmata tunica donat. Addit verbis honorem, neque magnificẽtius quicquam triumpho apud Romanos, neque triumphãtibus ampliorem eo ornatu esse. Quibus verbis, ni fallor, annumerantur ea, quibus ornabantur triumphantes. His ipsis etiã verbis palàm fit, quæ sint illa antiqua patrũ munera, quorũ meminit Tacitus in quarto, Missúsque est è senatoribus qui scipionẽ eburneum, togam pictã, antiqua patrum munera daret, regémque & socium, atque amicum appellaret. Togam pictã alibi Liuius purpureã appellat, in primo belli Macedonici,

2008 Ministerio de Cultura

Dona ampla data, quæ ferrent regi, vasa aurea, argenteáque, togáque purpurea, & toga prætexta. Quare falluntur, qui togam prætextam pro purpurea sumpsere. Tullius secũda in Antoniũ, Sedebat in rostris collega tuus, amictus toga purpurea, in sella aurea, coronatus: ascẽdis: accedis ad sellam. Plutarchus in Antonio hanc vestem purpureã, vestẽ triumphalẽ vocat, καῖσαρ δὲ κεκοσμημένος ἐσθῆτι θριαμβικῇ καὶ καθήμενος ὑπὲρ βήματος ἐν ἀγορᾷ τοὺς διαθέοντας ἐθεᾶτο. Quin & his Liuii verbis adducor, vt credã, vestem illam, quam sacri Euangelii scriptores purpuream, & purpuram dixerunt, fuisse togam purpuream, quæ & picta dicebatur, in seruatoris nostri ludibriũ scilicet, tanquam à S.P.Q.R. missam illi, qui se regem Iudæorum diceret, vt mentiebantur Iudæi. Trabearum tria sunt genera, vt scribit Suetonius. Vnum quod diis sacratur, & est totum purpureum: alterum quod est regum, quod etiam purpureum est, sed albo infectum. Tertium est augurale, purpura & cocco mixtis infectum. In funebri pompa vtebantur & equites trabea, si Tacito credimus, qui in tertio de funere Germanici sic ait, Igitur tribunorum centurionúmque humeris cineres portabantur, præcedebant incompta signa, versi fasces: atque vbi colonias transgrederentur, atrata plebes, trabeati equites, pro opibus loci, vestem, odores, aliáque funerum solennia cremabant. Et sane fuit tempus quũ trabeæ essent equi-

2008 Ministerio de Cultura

tum, vt coniecto ex Martiale, in quinto in Didymum,

Theatra loqueris,& gradus,& edicta,
Trabeásque,& Idus,fibulásque,censúsque,
Et pumicata pauperes manu monstras.
Sedere in equitum liceat,an tibi scamnis
Videbo Didyme,non licet maritorum.

CAP. XI.

PALVDAMENTVM erat Imperatorũ.) Omnia quoque militaria ornamenta dici in libris auguralibus ait Festus. Liuius paludamẽtum pro veste militari, etiam eius qui non esset Imperator, posuit in primo, Cognitóque super humero fratris paludamento sponsi, quod ipsa confecerat, soluit crines,& flebiliter nomine spõsum mortuũ appellat. Paludamentũ enim illud erat vnius Curiatiorum, quorũ nemo, vt arbitror, Imperator in Albanis fuit. Vnde paludati. Cælius ad Ciceronẽ, Cõsules autem, quia verentur ne illud senatuscon sultum fiat, vt paludati exeant. Iuuenalis in sexta,

Cúmque paludatis ducibus, præsente marito
Ipsa loqui recta facie, strictísque mamillis.

Tullius ad Cassium, Pansa noster paludatus ad tertium Calẽd. Ianuarii profectus est. Paludamẽto quoque vtebãtur & Augustæ, vt diximus, in aureo paludamento Agrippinæ. Quòd si in vestimẽtorum ratione, quæ subinde mutatur, nouis rebus antiqua vocabulorum nomina fas sit indere, dicerem

2008 Ministerio de Cultura

id vestimēti genus, cui intexti liliorū flores, quódque induti reges Gallorū depingi solent, id Latine paludamentū dici posse. Græci aliâs circūlocutione enuntiant, quemadmodū & Latini. Plutarchus in Cæsare, vbi de Pōpeio, qui in prælio Pharsalico, vt equitatū cui maxime confidebat, perterritū pulsúmque vidit, se in prætorium recepit, equúmque nactus, detracto paludamēto aufugit: ἀπεδύσατο μὲν, inquit, τὴν ἐναγώνιον, καὶ στρατηγικὴν ἐσθῆτα, φυγάδι δὲ πρέπουσαν μεταλαβὼν ὑπεξῆλθεν. Hoc est, vestem quidē exuit imperatoriā atque militarē: fugientis autē adsumpta prælio sese subduxit. Cæsar belli ciuilis tertio, Pōpeius iā, cū circa vallū nostri versarentur, equū nactus, detractis insignibus imperatoriis, decumana porta se ex castris eiecit, protinúsque equo citato Larissam cōtendit. Plutarchus in Lucullo ἐφεστρίδα, vt opinor, pro paludamēto posuit, vbi de ornamētis Luculli, iamiā præliū inituri aduersus Tigranem, θώρακα μὲν, ait, ἔχων σιδηροῦν φολιδωτὸν ἀποστίλβοντα, κροσσωτὴν δ' ἐφεστρίδα. Hoc est, Thoracē ferreū habēs squāmosum & splēdidū, ac fimbriatū paludamentū. Interpres vertit Punicā ephestrida: credo quòd in suo ipsius exemplari fuerit κροκωτήν: quod tamen haud prorsus displicet. Idem Plutarchus in Philopemene tunicas equestres vocat, quas robe a cheual dicimus, καὶ χιτώνων ἱππικῶν καὶ στρατιωτικῶν χλαμύδων διηνθισμένων. Vide reliqua. Idem Plutarchus in Crasso, φοινικίδα pro paludamēto purpureo dixit,

2008 Ministerio de Cultura

λέγεται δὲ, inquiens, ἡμέρας ἐκείνης τὸν κράσσον, οὐχ ὥσπερ ἔθος ἐστὶ ῥωμαίων στρατηγοῖς, ἐν φοινικίδι ἐλθεῖν, ἀλλ᾽ ἐν ἱματίῳ μέλανι. Hoc eſt, Fertur eo die Craſſum, non purpureo, vt Romanorum Imperatorum mos erat, paludamento ad milites proceſſiſſe, ſed pallio nigro. Paludamētum vero fuiſſe Imperatorum, planum fit ex Tranquillo in Cæſare, Alexandriæ circa oppugnationem pōtis, eruptione hoſtium ſubita cō-pulſus in ſcapham, pluribus eodem præcipitantibus, cum deſiliiſſet in mare, nando per ducentos paſſus euaſit ad proximam nauem, elata læua, ne libelli, quos tenebat, madefierēt, paludamētū mordicus trahens, ne ſpolio potiretur hoſtis. Vtebātur & Græci equites eo genere veſtis, quam ἐφαπτίδα appellat Athenæus in quinto, his verbis, πάντες οἱ προειρημένοι εἶχον πορφυρᾶς ἐφαπτίδας, πολλοὶ δὲ διαχρύσους καὶ ζωωτάς. Hoc eſt, belluatas ephaptidas. Macedones pro paludamento chlamyde vtebantur. Plutarchus in Alexandro, qui cum vidiſſet Darium à ſuis interfectum, τὴν ἑαυτοῦ χλαμύδα λύσας ἐπέβαλε τῷ σώματι, καὶ περιέστειλεν. Hoc eſt, Sua ipſius ſoluta chlamyde, mortuo iniecit ac circuntexit. Simul & Pyrrhus cum quodam in prælio videret ſe vnum ab omnibus Romanis appeti, τὴν χλαμύδα καὶ τὰ ὅπλα παραδοὺς ἑνὶ τῶν ἑταίρων μεγακλεῖ, τοῖς δ᾽ ἐκείνου τρόπον τινὰ κατακρύψας, ἑαυτὸν ἐπῆγε τοῖς ῥωμαίοις. Hoc eſt, Chlamyde & armis vni amicorum Megacli traditis, illiúſque armis ſeipſum tanquam occultans,

2008 Ministerio de Cultura

in Romanos impetum fecit. Interpres vel hæc nō intellexit, vel quod magis puto, corruptū Plutarchum habuit. Dion libro 1, chlamydem pro veste militari Romanorum, paludamento fortasse, vel sagis posuisse videtur, his verbis, καὶ τὰς χλαμύδας ἃς καὶ ἐν χερσὶν αὐτοῦ ὁπόσα τοῦ πολέμου μετημπίσχοντο. Chlamys inter puerilia hîc recensetur ab Vlpiano, qua Numa primus Romanorum regum vsus est, cum legationem Isaurorum excepisset, rationémque eorum habitus percepisset. author Suidas. Qua coccina vsum Imperatorem Alexādrū testatur Lampridius. Chlamydis effigies, & terræ habitabilis eadem fuisse traditur. Strabo in secundo, ἔστι δή τι χλαμυδοειδὲς σχῆμα τῆς οἰκουμένης. Est certe chlamydis effigies quædam terræ habitabilis. Erat autē Græcorum, & maxime Macedonum. Plutarchus in Eumene, ἐξῆν δὲ εὐμενεῖ, καὶ καυσίας ἁλουργεῖς καὶ χλαμύδας διανέμειν, ἥτις ἦν δωρεὰ βασιλικωτάτη παρὰ μακεδόσιν. Hoc est, Licebat enim Eumeni causias purpureas, & chlamydes dilargiri, quod inter dona regia præcipuū habebatur à Macedonibus. Causia, vt illud interim scias, erat capitis tegmen, quam Budæus appositissime vsurpauit, pro galero Cardinalium coccino. Licet enim vni Romano pōtifici, vt quōdam Eumeni, causias ἁλουργεῖς, id est, purpureas, vt chlamydes coccinas, cæteráque Cardinaliū ornamēta, arbitratu suo, certe hoc iure vtimur, dilargiri, μὴ γὰρ γένοιτο nundinari. Quibus Plutarchi verbis palàm

2008 Ministerio de Cultura

fit chlamydes fuiſſe Macedonum. Ille igitur Magnus Alexander incredibili gaudio elatus eſt, cum eius architecti ſitim Alexandriæ in formam chlamydis deſcripſere, quẽ metatus eſt Dinocrates ad effigiem Macedonicæ chlamydis, orbe gyrato laciniosſam, dextra læuáque anguloſo procurſu. author Plinius, & Strabo in ſeptimo. Iã vero & Demetrius ille Poliorcetes chlamydem intexendam locauit, in qua, vt ait Plutarchus, erat ἀπείκασμα τοῦ κόσμου καὶ τῶν κατ᾽ οὐρανὸν φαινομένων. Hoc eſt, effigies mundi, & eorũ quæ in cœlo apparent: quæ tamen mutatione temporum inchoata relicta eſt. Athenæus in XII. aſſeuerat perfectas fuiſſe Demetrii chlamydes, colore nigricante ſublucentes, in quibus erat polus depictus, aureas ſtellas habẽs, & duodecim ſigna. αἱ δὲ χλαμύδες, inquit, αὐτοῦ ἦσαν ὄρφνινον ἔχουσαι τὸ φέγγος τῆς χρόας. τὸ δὲ πᾶν ὁ πόλος ἐνύφαντο χρυσοῦς ἀστέρας ἔχων καὶ τὰ δώδεκα ζώδια. Iã nec illud ſupra fidem eſſe videtur, quod ait Appianus in eo libro qui Mithridaticus inſcribitur. Interpretis verba ſubiiciã, quando Appiani Græci nulla mihi copia. Ea ſunt vbi de triũpho Põpeii ex Aſia agit, Pompeius ipſe curru lapillis auróque ſplendente ferebatur, chlamydem, vt aiunt, indutus Alexãdri, qui Macedonibus præfuit, ſi tamen id credere dignum eſt. Putant quippe illã in his, quæ Mithridates ex Cleopatræ rebus in Co reperit, inuentam fuiſſe. Nec id abſurdum videri debet, quãdoquidem Pompeius

FF.iii.

2008 Ministerio de Cultura

quandam similitudinem oris habuisse videtur ad Alexādri imagines. Plutarchus in Pompeio, ἦν δέ τις καὶ ἀναστολὴ τῆς κόμης ἀτρέμα, καὶ τῶν περὶ ὄμματα ῥυθμῶν ὑγρότης τοῦ προσώπου ποιοῦσα μᾶλλον λεγομένην, ἢ φαινομένην ὁμοιότητα πρὸς τὰς ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως εἰκόνας. ᾗ δὲ καὶ τοὔνομα πολλῶν ἐν ἀρχῇ συνεπιφερόντων οὐκ ἔφυγεν ὁ πομπήιος, ὥστε καὶ χλευάζοντας αὐτὸν ἐνίους ἤδη καλεῖν ἀλέξανδρον διὸ καὶ λεύκιος φίλιππος ἀνὴρ ὑπατικὸς συνηγορῶν αὐτῷ μηδὲν ἔφη ποιεῖν παράλογον, εἰ φίλιππος ὢν φιλαλέξανδρός ἐστι. Hoc est, Capillitium etiam habebat leniter accliue, & oculorū lineamentorum leuorē quendam, creditam magis quàm compertam oris Pompeii similitudinem ad Alexandri regis statuas repræsentantē. Qua re cōmoti plerique nomen quoque Alexandri ei tribuerunt, quod Pompeius haudquaquam repudiauit, vt cum per iocū nonnulli eum iam appellarent Alexandrum, Lucius Philippus vir consularis in quadam causa ipsi patrocinans dixerit, se absurdum nihil agere, si cū esset ipse Philippus, Alexandrum complecteretur. Nec quisquam mirabitur, chlamydem illam tanto tempore durasse, ab Alexandro scilicet ad Pompeii ætatem, modo qui legerit Plinium in octauo, qui ait, Seruii Tulli prætextas durasse annis quingētis sexaginta, nullásque teredonum iniurias sensisse. Ab eo enim ipso tempore, quo Alexander natus est, ad Ciceronis consulatum, quo cōsule Pompeius, aut paulo post triūphauit, vix anni sunt trecenti viginti, vt ex Eutro-

2008 Ministerio de Cultura

pio colligere eſt. Athenieſes quoque chlamyde vſi ſunt in prælijs, paludamenti vice. Plutarchus in Craſſo de Nicia loquens, qui ſi bellãdum eſſet aduerſus Lacedæmonios, ἀποδυόμενος τὴν χλαμύδα, καὶ τῇ Κλέωνος ἀπειρίᾳ, καὶ θρασύτητι, ναῦς καὶ ἄνδρας, καὶ ὅπλα, καὶ στρατηγίαν ἐμπειρίας ἄκρας δεομένην παραδιδούς. Hoc eſt, Chlamyda exuẽs, & Cleoni homini audaci, & rei militaris ignaro claſſem, viros, arma atque adeo præfecturam hominẽ peritiſſimum flagitantem tradens.

2008 Ministerio de Cultura

Paludamenti, & sagi, ac caligæ militaris figura, ex antiquissimis marmoribus Romæ inuentis.

2008 Ministerio de Cultura

CAP. XII.

AIT Vlpianus, Tunicæ.) Aulus Gellius libro septimo noctium Atticarum ait, antiquitus Romanos primò quidem ſine tunicis toga ſola amictos. Quare nec videtur reprehendendus Cato, qui de more maiorum ſolebat ſtatim à prandio ad forum deſcēdere, ac ibi cum amicis deambulare, nullis nec calceis, nec tunica. μετ' ἄριστον δὲ, inquit Plutarchus in Catone, πάλιν, ὥσπερ εἴθιστο, καταβὰς εἰς ἀγορὰν ἀνυπόδητος, καὶ ἀχίτων περιπατῆσαι μετὰ τῶν συνήθων. Hoc eſt, Poſt prandium autem rurſum, vt ſolebat, in forum ſine calceis, at tunica deſcendens cum familiaribus deambulaſſe. Cuius moris non meminiſſe videtur Plutarchus, indicans eum non ſeruaſſe decorũ prætoriæ dignitatis, quòd ſine calceis & tunica ius diceret, cum maiores non vſos tunica ſatis conſtet. Neque enim fruſtra Ennius Carthaginenſium iuuentutem tunicatam appellat. Poſteà vero, inquit Gellius, ſubſtrictas & breues tunicas citra humerum deſinentes habebant, quod genus Græci dicunt ἐξωμίδας, qua vſum Catonem Maiorem, cum brumæ tempore ruſticaretur, author Plutarchus. ἐπανελθὼν δὲ, inquit, εἰς τὸ χωρίον, ἂν μὲν ᾖ χειμὼν, ἐξωμίδα λαβὼν: θέρους δὲ, γυμνὸς ἐργαζόμενος μετὰ τῶν οἰκετῶν. Hoc eſt, Reuerſus autem in agrum, ſi quidē hyems erat, exomida ſumebat: ſin autem æſtas, nudus cum ſeruis operabatur. Quando vero in Catonis mentionem incidimus, illud

2008 Ministerio de Cultura

in illo miratur Plutarchus, quod iam ſenex poſt cõſulatum & triumphum adeptum, nulla vnquã veſte vſus ſit, quæ centum denariorũ pretium excederet. ἐσθῆτα μὲν γάρ, οὐδέποτέ φησι, φορέσαι πολυτελεστέραν ἑκατὸν δραχμῶν. Hoc eſt denariorum: quas ad quadrantem reſpondent Iulii, quibus vtuntur hodie paſſim in Italia, qui centum denarii nummo noſtrate viginti francicis æſtimari poſſunt. Iam & in obſoniũ ipſe Cato in diem triginta aſſes inſumebat, hoc eſt triginta bayochos: noſtro vero more, triginta ſolidos. Maſſilienſium quoque frugalitas celebrari ſolet, quòd apud eos mulierum dos maxima centum aureos non excederet, veſtimẽta ad quinque aureos. quæ tamen ſumma Catonis pretio centum ſolidis noſtris maior eſt. ἡ γὰρ μεγίστη προὶξ αὐτοῖς ἐστὶν ἑκατὸν χρυσοῖ, καὶ ἐσθῆτα εἰς πέντε, καὶ πέντε εἰς χρυσοῦν κόσμον. πλέον δὲ οὐκ ἔξεστι. Hoc eſt, Maxima enim dos eis eſt aurei centum, quinque in veſtes, in mundum aureum totidem: excedere vero non licet. author Strabo. Straboni tamen refragatur id quod Græci prouerbii vice vſurpant, εἰς μασσαλίαν πλεύσειας, καὶ εἰς μασσαλίαν ἥκεις. Aiunt enim ipſos Maſſilienſes nimis delicato ac molli, muliebríque cultu vſos. inſuper capillum vnguẽtatum muliebrem in modum religare. Vnde natum prouerbium. Verum illi prouerbio non aſſentior, cum apud me maior ſit M. Tullii authoritas, qui pro Flacco ait, Maſſiliæ diſciplinã ac grauitatẽ non ſo-

2008 Ministerio de Cultura

lum Græciæ, ſed haud ſcio an cunctis gẽtibus anteponẽdam iure dicã, quæ tam procul à Græcorũ omnium regionibus, diſciplinis, linguáque diuiſa, Gallorũ gentibus, barbarorũ fluctibus alluatur: ſic optimatũ conſilio gubernatur, vt omnes eius inſtituta laudare facilius poſſint quàm æmulari. Sed quid opus illis ethnicorum teſtimonio, cum Lazarus amicus ab Ieſu ſeruatore Chriſto vocatus, hãc vnam potiſſimum ſedem delegerit, in qua veriſſima dei dogmata mortales edoceret, mirificáque ad reuocãdam errabundam plebeculam, prodigia oſtentaret. Sed ad tunicas reuertamur. Manicatis tunicis indui non ſine probro ſolebant, vt author eſt Gellius, qui eas Græco vocabulo χειριδωτὰς appellat. Politianus in Herodiano, manuleatas vertere, Plautum imitatus, maluit, quàm cum Cicerone dicere manicatas. Qui cum in gregem Catilinæ inuehitur, ſic ait, Quos pexo capillo nitidos, aut imberbes, aut barbatos videtis, manicatis & talaribus ac ſtrictis tunicis amictos, non togis. Virgilius quoque videtur non ſine probro dixiſſe,

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

Mulieres tunicis vtebantur longe latéque diffuſis, ad vlnas cruráque aduerſus oculos protegenda, quorum ima erat carni proxima: vnde iocus Martialis in Leſbiam,

De cathedra quoties ſurgis, iam ſæpe notaui,

2008 Ministerio de Cultura

Pædicant miſeram Leſbia te tunicæ.

Obſeruaui & apud Ouidium, tunicam in ſingulari accipi pro tunica illa, quæ ima erat, qua hodie linea vtimur, vt olim Athenieſes talari & linea vtebantur, authore Polluce. Ouidius in Amoribus,

Sic etiam tunica tangitur illa ſua.

Et in tertio,

Illic nec tunicam tibi ſit poſuiſſe pudori.

Et alibi,

Pugnabant tunica, ſed tamen illa tegi.

Tunicā accipe pro ea quæ carni proximior, quam vt mihi videtur, tunicam lineam, vel imam dicere poſſumus. Sunt qui interulam vocitent. Athenæus χιτώνιον ἐχέσαρκον appellat in decimotertio, vbi de Phryne ſcorto nobili, ἐχέσαρκον γὰρ χιτώνιον ἀμπέχετο. Hoc eſt, Tunicula carni proxima amiciebatur, quam camiſiam dicimus. Vtebantur & tunica, quæ media dici poteſt: cuiuſmodi ferè eſt tunica rubra, qua brumali tēpore vtimur. Erat & alia tunica quæ his ſuperinduebatur. Noſtri ruſtici vocabuli Græci veſtigia retinētes, hocheton appellāt, quaſi dicas ὁ χιτών: alii ſaye. Neque vero cuipiā mirum videri debet, ſiquidem olim Druidæ Gallorum ſacerdotes, publicis priuatíſq; rationibus Græcis literis vtebātur, vt legimus in ſexto Commentariorū Cæſaris. Quin & Ephorus apud Strabonem Gallos φιλέλληνας appellat. μονοχίτων Græcis is eſt, quem tunicatum dicimus, id eſt ſola tunica a-

2008 Ministerio de Cultura

mictum. Plutarchus in Antonio, de Cleopatra loquens, quæ valetudine affecta, in lectulo iacens, vt Augustum aduentantē resciuit, tunicata exiliit obuiam, seque ad pedes eius strauit, & abiecit. ἡ δὲ, inquit, ἔτυχε μὲν ἐν στιβάδι κατακειμένη ταπεινῶς, εἰσιόντι δ' αὐτῷ μονοχίτων ἀναπηδήσασα προσπίπτει. Ipsa autem iacebat in lecto sordide. Ingredienti vero ipsi vnica amicta tunica exiliens accidit. Idem in Sylla, οἱ τοῦ Φιμβρίου στρατιῶται μονοχίτωνες ἠσπάζοντο τοὺς ἐκείνου μονοχίτωνας. Hoc est, Tunicati, & enocheton, vt vulgo loquimur, salutabāt illius tunicatos. Si interpres Plutarchi aliter vertit, vel fallor, vel falsus est. Athenæus quoque in primo, καὶ ἀνδριάντας αὐτῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἱστάναι φησὶ, κατὰ πολλὰ μέρη τῆς πόλεως μονοχίτωνας, ῥυτὸν κρατοῦντας ἐν ταῖς χερσίν. Hoc est, Statuas ipsius in Alexandria collocasse ait, in multis ciuitatis partibus tunicatas, manibus rhytum tenentes. Id est poculi genus. A tunica fit tunicatus. Martialis,

Formosam faciem nigro medicamine velas,
Sed non formoso corpore lædis aquas.
Ipsam crede deam verbis tibi dicere nostris,
Aut aperi faciem, vel tunicata laua.

Ouidius,

Astiterit tunicata, moues incendia, clama:
Sed timida caueat frigora voce toga.

Tunicata, id est in camisia. Proinde facetissimus poeta quietem tunicatam appellat, id est liberam ab opera togata.

2008 Ministerio de Cultura

Quos Faustine dies, qualẽ tibi Roma Rauennam
 Abstulit, ô soles, ô tunicata quies.

Solebant enim, vt diximus, Romani togati deducere & reducere magistratus, & eos, qui dignitate vel ætate, vel opibus præcellerẽt, in domum, in forum, in tẽpla, vel alio. Quæ opera togata à Martiale vocitatur,

Exigis à nobis operam sine fine togatam:
 Non eo, libertum sed tibi mitto meum.

Et in nono,

Denariis tribus inuitas, & mane togatum
 Obseruare iubes atria Basse tua.
Deinde hærere tuo lateri, præcedere cellam
 Ad vetulas tecum plus minus ire decem.

Quare in vita beatiore togam raram optat. Domi enim Romani commorantes, togam reponebant, & viliori veste vtebantur: quam non inepte fortasse domesticam dixeris. Tullius in secundo de finibus, Aut etiam vt vestitum, sic sentẽtiam habeam, aliam domesticam, aliam forensem. Herodianus in Maximo, ἁρπάζουσι τοὺς πρεσβύτας, περιῤῥήξαντες δὲ ἃς εἶχον περὶ τοῖς σώμασιν ἐσθῆτας λιτὰς, ἅτε οἴκοι διατρίβοντες. Hoc est, Corripiunt senes, laceratis quibus amiciebantur, vestibus, vilioribus sanè, vtpote qui domi sese continerent. Et item Plutarchus in Sylla ait, ἐσθῆτα δὲ ἄλλην μὲν οἰκουρῶν, ἄλλην δὲ εἰς ἀγορὰν προερχόμενος. Hoc est, Vestem aliam, cum domi maneret, aliam cum ad forum descenderet, vel

2008 Ministerio de Cultura

procedens. Tunica lati claui, insigne erat senatorum, senatúmque ab equite distinguebat. Plinius libro trigesimotertio, Annuli distinxere alterum ordinem à plebe, vt semel cœperant esse celebres, sicut tunica ab annulis senatum tantum. Tranquillus in Augusto, Sumenti virilem togam, tunica lati claui resuta ex vtraque parte ad pedes decidit. Fuerunt qui interpretarentur non aliud significare, quàm quòd is ordo, cuius insigne id esset, quandoque ei subiiceretur, id est ordo senatorius scilicet. Tunica lati claui, latus clauus etiamnum appellatur.

Martialis in Gelliam,

Dum te posse negas, ni lato Gellia clauo
  Nubere, nupsisti Gellia cistigero.

Tacitus in dialogo, Equidem, vt de me ipse fatear, non eum diem lætiorem egi, quo mihi latus clauus oblatus est. Quintilianus vndecimo, Cui lati claui ius non erit, vt tunicæ prioribus oris infra genua paulum posterioribus ad medios poplites vsque perueniant. Nam infra, mulierum est: supra, centurionum. Lati claui ius, est dignitas ordinis senatorii. Dicitur & clauus. Trãquillus in Augusto, Togis neque restrictis neque fusis vsus est: clauo nec lato, nec augusto. Tunica lati claui, siue latus clauus, antea quidem dicebatur tunica palmata, à latitudine clauorum, quæ nunc à genere picturæ appellatur. Verba sunt Sexti Pompeii

2008 Ministerio de Cultura

in vocabulo, picta, paucis additis. Cum vero ait, quæ nunc à genere picturæ appellatur, accipe ab ipsis clauis purpureis, qui tunicis inseruntur, appellari tunicam lati claui. Quibus clauis purpureis mappæ quoque ad limbum, vt opinor, variari solebant. Et hoc est quod ait Martialis, Et lato variata mapalia clauo.

Quare cum apud Liuium identidem legas tunicā palmatam, accipe pro tunica lati claui, quam Græci χιτῶνα πλατύσημον appellant. Strabo in tertio, οὗτοι δὲ καὶ ἐνδῦσαι λέγονται πρῶτοι τοὺς ἀνθρώπους χιτῶνας πλατυσήμους. Hos autem primos memoriæ proditum, induisse homines tunicas lati claui. Hactenus quæ de lato clauo cōminisci potui, hæc sunt: ita tamen, vt ingenue fatear, mihi planè nō liquere: sicut nec illis maiorum gentium scriptoribus, qui ante me natum hac in re hallucinati sunt. Tunica phœnicea signum erat prælii futuri, quam aliàs coccinā appellat Plutarchus, vt diximus in cocco. Plutarchus in Bruto, προὔκειτο μὲν τοῦ βρούτου χάρακι, καὶ τοῦ κασίου σύμβολον ἀγῶνος, φοινικοῦς χιτών. Hoc est, Ante Bruti & Cassii vallum, prælii signum erat propositum tunica phœnicea. Et in Pōpeio, κατὰ τάχος πρὸ τῆς σκηνῆς ἐκέλευσε προθεῖναι τὸν φοινικοῦν χιτῶνα. τοῦτο γὰρ μάχης ῥωμαίοις ἐστὶ σύμβολον. Hoc est, Extemplo ante prætoriū iussit proponi tunicam phœniceā. Hoc enim Romanis pugnæ signum. Alibi coccinā appellat Plutarchus, credo, quia idem ferè color. Quod ait Iu-

2008 Ministerio de Cultura

reconſultus, tunicæ, hoc ideo, quia pluribus tunicis vtebantur. Et Auguſtus quaternis interdum tunicis, authore Tranquillo, muniebatur. Quare apud Ouidium faſtorum ſecundo,

Exuerat tunicas vteri, manifeſta timore
Proditur indicio ponderis ipſa ſui.

Et in eodem,

Dat tenues tunicas Getulo murice tinctos:
Dat teretem zonam, qua modo cincta fuit.

Tunica quoque apud Celſum pro eo ponitur, quam taygam vulgo dicimus, his verbis, Vel ex ictu aliquo rumpitur tunica, quæ deducere ab inferioribus partibus inteſtina debuit. Sunt & tunicæ apud eundem, teſticulorum inuolucra. Sic etiam Perſius non inelegãter, cæpe tunicatum appellat.

CAP. XIII.

PALLIOLA.) Pallium erat Græcorũ. Tullius pro Rabirio, Conſularis homo ſoccos habuit & palliũ: nec vero id homini tum quiſquã, ſed tempori aſſignãdum putauit. Tranquillus in Auguſto, Sed cæteros continuos dies inter varia munuſcula, togas inſuper & pallia diſtribuit, lege propoſita, vt Romani Græco, Græci Romano habitu vterentur. Pallium quoque erat philoſophorum. Gellius libro nono, Video, inquit Herodes, barbam & pallium, philoſophum nondum video. Pallia inter communia veſtimenta annumerantur Vlpiano hîc, quæ promiſcua appellat Ta-

2008 Ministerio de Cultura

citus in tertio, Promiſcuas viris & fœminis veſtes. Palliis etiamnum in lecto vtebantur.

Ouidius in Amoribus,

Nec in lecto pallia noſtra ſedent. Martialis,
Gutta pallia nec feſellit vlla. Iuuenalis in ſexta,
-tunc corpore ſana
Aduocat Archigenen, oneroſaque pallia iactat.

Pallia tunicæ imponebantur, ex prouerbio, Tunica pallio proximior. Quod ſi verum eſt, tunicarũ muliebrium alæ non erant conſutæ, erántque Romanæ φαινομηρίδες, quemadmodum & Spartanæ. Quod & Ouidianis verſibus probari poteſt, cũ ait,

Pallia ſi nimium terræ demiſſa iacebunt,
Collige, & in munda ſedulus effer humo.
Protinus officii pretium patiente puella,
Contingent oculis crura videnda tuis.

Neque enim efferendo pallio aperirentur crura, ſi alæ vtrinque conſutæ eſſent, etiamſi Plutarchus dicat, ἔτι δὲ μᾶλλον ἡ περὶ τὰς παρθένους φυλακὴ κατέσταλται τῷ νουμᾷ πρὸς τὸ θῆλυ καὶ κόσμιον. ἡ δὲ τοῦ λυκούργου παντάπασιν ἀναπεπταμένη καὶ θῆλυς οὖσα τοῖς ποιηταῖς λόγον παρέσχηκε. φαινομηρίδας τε γὰρ αὐτὰς ἀποκαλοῦσι, ὡς ἴβυκος, καὶ ἀνδρομανεῖς λοιδοροῦσιν, ὡς εὐριπίδης. Et paulo poſt, τὰ γὰρ ἔντα τοῦ παρθενικοῦ χιτῶνος αἱ πτέρυγες οὐκ ἦσαν ἀνεῤῥαμμέναι κάτωθεν, ἀλλ᾽ ἀνεπτύσσοντο, καὶ συνεγύμνουν ὅλον ἐν τῷ βαδίζειν τὸν μηρόν. Hoc eſt, Itémque cuſtodia quæ ad virgines pertinet, à Numa cohibita magis eſt ad muliebrem cultum & ornatum. Cuſtodia vero Ly-

2008 Ministerio de Cultura

curgi planè aperta nimis. Siquidẽ muliebris cum sit, poetis ioci ansam præbuit. φαινομηρίδας enim ipsas appellant, id est quarum aperta sunt femora, vt Ibycus. Et paulo post, Nimirum pinnæ virginalis tunicæ non erant consutæ, sed explicabãtur, aperiebántque totum incedendo femur. Hactenus Plutarchus. Quibus verbis apparet Spartanas mulieres solitas incedere sola tunica amictas, cuius alæ non erant consutæ. Quod & Romanis obseruatũ arbitror ex Ouidio, ita tamen, vt tunicis pallia vel stolæ superimponerentur. Neque enim, vt mihi quidẽ videtur, aliter capi potest sensus Ouidianus, nisi si quis dixerit, quòd efferẽdo pallio, simul & efferebantur tunicæ, quod magis amentis fuisset quàm amantis. Cæterum tunica illa, cuius pinnæ dissolutæ aliquatenus erant, & qua vtebantur Spartæ σχιστὸς χιτὼν appellatur à Iulio Polluce, in onomastico ad Commodum. A pallio fit palliolum, quod laneum erat. Martialis,

Succida palliolo vellera quinque petit.

Mulierum etiam erat. Iuuenalis, -aut cum
Vxorem comœdus agit, vel Dorida nullo
Cultam palliolo, mulier nempe ipsa videtur.

Inde palliolatus. Trãquillus in Claudio, Ob hanc eandem valetudinẽ, & gladiatorio munere, quod simul cum fratre memoriæ patris edebat, palliolatus nouo more præsedit.

Martialis in nono,

2008 Ministerio de Cultura

Hanc volo quæ facilis, quæ palliolata vagatur.

A pallio fit palliatus, id est pallio munitus. Gellius libro nono, Adiit nobis præsentibus palliatus quispiam & crinitus. Erant etiamnum pallia cœnatoria, quorum meminit Martialis,

Pugnorum reus, ebriæque noctis
Cœnatoria mittat aduocato.

Et in vndecimo,

Ad cœnam venies, sed sic diuisa recumbes,
Vt non tangantur pallia nostra tuis.

Et in Apophoretis, vbi in lemmate est cœnatoria, subaudiendum pallia. ait enim,

Nec fora sunt nobis, nec sunt vadimonia nota.
Hic opus est pictis accubuisse thoris.

Interpres fœdè lapsus est: lege, ac ridebis. Porrò autem palla Gallica ad formam nostri palletoci manicati videtur accessisse, si Martiali credimus, Dimidiásque nates Gallica palla tegit. Quid vero sit palla Gallica, docet Strabo in quinto, αὐτοὶ δὲ, inquit, χιτῶνας σχιστοὺς χειριδωτοὺς φέρουσι μέχρι αἰδοίων καὶ γλουτῶν. Hoc est, Tunicarum vice pallas manicatas gestant, ad verenda vsque natésq; medias pertingẽtes. Quæ verba, Martialis versum videntur interpretari. Palla ab Horatio honesta dicta, mulierũ erat, vt quidam opinantur. Martialis,

Fascia te, tunicæque tegunt, obscuráque palla.

Vtebantur & citharœdi.

Ouidius in vndecimo,

2008 Ministerio de Cultura

Ille caput flauum lauro Parnaside vinctus,
Verrit humum Tyrio saturata murice palla.

Et tragœdi. Idem Ouidius Amorum tertio,

Fronte comæ torua palla iacebat humo.

Quare fallũtur ii qui mulierum tantum fuisse putant, in quibus & noster Sipontinus, vir alioqui de lingua Latina non pessime meritus. Marcus Varro de lingua Latina ait, pallam ideo dici, quòd foris palàm sit. Erátque palla lõga ad terram vsque promissa, vt apparet in Ouidiano versu. Quam ob id appellat Virgilius, Pro lõgæ tegmine pallæ.

Endromis dicta videtur, quòd eo genere vestis, ἐν δρόμῳ, id est in cursu & palæstra vterentur, quam pinguem, hirsutámque, & villi lõgioris fuisse constat ex Martialis libro quarto,

Hanc tibi Sequanicæ pinguẽ textricis alumnam,
Quæ Lacedæmonium barbara nomen habet.
Sordida, sed gelido non aspernanda Decembri
Dona, peregrinam mittimus Endromidem:
Seu lentum ceroma teris, tepidúmve trigona,
Siue harpasta manu puluerulenta rapis:
Plumea seu laxi partiris pondera follis,
Siue leuem cursu vincere quæris Atam.
Ne madidos intret penetrabile frigus in artus,
Néve grauis subita te premat iris aqua.
Ridebis ventos hoc munere tectus, & imbres:
Nec sic in Tyria sindone tutus eris.

Iuuenalis taxat mulieres Romanas, quæ endro-

2008 Ministerio de Cultura

mide purpurea vterentur, in ſexta,
Endromidas Tyrias, & fœmineum ceroma
Quis neſcit?
Quod vero ait Martialis, ſindone, vt obiter id intelligas, σινδὼν, vt ait Pollux, eſt amictus ex lino AEgyptiaco, quod nunc dicroſſum appellatur: dicta, vt opinor, quia primũ in Sidone vrbe huiuſmodi amictus fieri cœpit, ob id Tyria à Martiale dicta. Erant enim vicinæ vrbes Tyrus & Sidon. Hoc eò adieci, vt intelligeres quæ ſcripta ſunt in Matthæo, Et cum accepiſſet corpus Ioſeph, inuoluit illud ſindone munda. De ſindone conuenit Matthæus, Marcus & Lucas: verum Iohannes ait, καὶ ἔδησαν αὐτὸ ὀθονίοις μετὰ τῶν ἀρωμάτων. Hoc eſt, Et obuinxerunt illud othoniis cum aromatibus. Quòd ſi Polluci credimus, ὀθόνη apud Homerum magis ἐξ ἐρίου, id eſt ex lana, quàm ἐκ λίνου, id eſt ex lino erat. Sindon vero inter linea veſtimenta adſcribitur ab ipſo Polluce. Quare puto Iohannem per othonia lintea intellexiſſe, rectéque vertiſſe Eraſmum, etiam ſi aliter ſentiat Pollux.

CAP. XIIII.

QVOD ait Vlpian⁹, Anſitaria, quid velit ingenuè fateor me planè neſcire. Conſului vetuſtiſſimos codices, quorum in altero legi, Anſitapa: in altero, Anticapa. Quocirca ſi mihi permittis diuinare, vel potius coniectura vti, puto legendum amphitapa. Nam amphitapæ dicuntur ve-

2008 Ministerio de Cultura

ſtes vtrinque villoſæ. Lucilius libro primo,
Pſilæ atque amphitapæ villis ingentibus molles.

Varro Manio, Alterum bene acceptum dormire ſuper amphitapa bene molli. Athenæus ἀμφίταπον dixit in quinto, ταύταις δ' ἀμφίταποι ἁλουργεῖς ὑπεστρώντο τῆς πρώτης ἐρέας. Id eſt, Hiſce amphitapa ſubſternebãtur è molli lana. Quæ & amphimalla dicuntur. Strabo in quinto, τὴν δὲ μέσην οἱ περὶ Παταούιον, ἐξ ἧς οἱ τάπητες οἱ πολυτελεῖς καὶ γαύσαπαι, καὶ τὸ τοιοῦτον πᾶν ἀμφίμαλλόν τε καὶ ἑτερόμαλλον. Hoc eſt, Mediocrẽ vero lanam ager Patauinus, ex qua tapeta fiunt laudatiſſima, & gauſapinæ, cæteráque eiuſdem generis amphimalla & heteromalla. Id eſt quæ vtrinque villoſa ſunt, vel in altero tantum, cuiuſmodi ferè ſunt mãtes vulgo dictæ, quas Maſſiliæ fieri vidimus, quæ & amictus & ſtragulæ veſtis vſum nautis & nauigantibus præſtant. Hodie veſte ſerica heteromalla vtimur, quam villoſam, & villutam vulgo dicimus, quemadmodum & lanea heteromalla, quam trippam, niſi fallor, appellamus.

CAP. XV.

AIT Vlpianus, Et ſaga.) Sagum militũ erat, quod & inter familiaria adſcribitur ab Vlpiano. Tullius, Itur ad ſaga. Noſtri milites g litera ſublata, vocabuli Latini veſtigia retinent, ſaum vel ſayon appellantes id genus veſtis, quod armis

2008 Ministerio de Cultura

ſuperinduitur, alii accouſtramentum, vt prætoriani. Cicero ad Trebatium, Quamobrem camino luculento vtendū cenſeo. Idem & Mutio & Manilio placebat, præſertim qui ſagis non abundares. Quòd vero ait, idem & Mutio, iocatur Tullius in Trebatium iureconſultum, quibus moris eſt aliorum authoritate ſuam ipſorum comprobare ſententiam. Græci vnico vocabulo, vt opinor, παραθωρακίδια appellant, ea quæ ſuperinduebātur armis. Plutarchus in Artaxerxe, ὡς δὲ μόλις συνεῖδον τὰ παραθωρακίδια φοινικᾶ, λευκοῖς χρωμένων τῶν βασιλικῶν ἁπάντων, ἔγνωσαν πολεμίους ὄντας. Lapus fœliciter interpretatus eſt, Qui vbi vix rubra ſagula cōſpicati ſunt, quòd regiæ partis omnes albis vterentur, agnouerūt ſtatim hoſtes eſſe. Strabo vocabulo Latino vtitur in tertio, ἐν Βαστητανίᾳ δὲ μελανείμονες, τὸ πλέον δ᾽ ἐν σάγοις. Hoc eſt, In Baſtetania vero nigris veſtimētis vtuntur ad vnum omnes, magnam ferè partem in ſagis. Vtebantur & Luſitani ſagis, vt author eſt Strabo in tertio, quibus operiebāt captiuos, ex eorū viſceribus vaticinaturi. Quod immanius mihi quidem videtur, quàm quod Galli quondam feciſſe ferunt, ſontes ſcilicet ac damnatos diis immortalibus immolaſſe. Plutarchus in Galba, ἐσθῆτα στρατιωτικὴν appellat, quod nos, vt opinor, ſagum. Extat lex militaris Caii Gracchi, apud Plutarchum in Tiberio, in hæc verba, ἐσθῆτα μὲν κελεύων δημοσίᾳ χορηγεῖσθαι, καὶ μηδὲν εἰς τοῦτο τῆς μισθοφορᾶς ὑφαιρεῖσθαι τῶν στρα-

2008 Ministerio de Cultura

τιδομένων. Hoc eſt, Sumptu vt publico ſaga militibus præberentur, nihil hac de re ſtipendio militari diminuto. A ſago fit ſagulum. Liuius in XXX, Hæc omnia ſagulo gregali amictus. Virgilius, Virgatis lucem ſagulis. Tacitus de moribus Germanorum, Nudi, aut ſagulo leues, nulla cultus iactatio. Et paulo poſt, Tegmen omnibus ſagum, fibula, aut ſi deſit, ſpina conſertũ. A ſago fit ſagatus. Martialis, Vis te purpureũ Marce ſagatus amem? Tranquillus in Cæſare dictatore, Conuiuatũ aſſidue per prouincias duobus tricliniis, vno quo ſagati, palliatíve: altero quo togati cum illuſtrioribus prouinciarũ diſcumberent. Saga Liguſtica celebratur à Strabone in quarto. Tunicæ quoque illic fieri ſolitæ. Abolla quoque militũ erat, vt Nonio Marcello placet. Vnde iocus Martialis in Criſpinum, qui poſita abolla, togam ſumpſerat,

Neſcit cui Tyriam dederit Criſpinus abollam,
  Dum mutat cultus, induitúrque togam.

Et apud Iuuenalem non ſemel. Iam vero & lænã militarem fuiſſe Nonio placet, quam Græci χλαῖναι vocitant. Plutarchus in Numa, καὶ γὰρ ἃς ἐφόρουν οἱ βασιλεῖς λαίνας, ἰόβας φησὶν χλαίνας εἶναι. Hoc eſt, Etenim quas geſtabant reges lænas, Iuba chlænas ait eſſe. Palliis ſuperinduebantur hyberno tẽpore, ſi Martiali credimus,

Tempore brumali non multum læuia proſunt,
  Calfaciunt villi pallia veſtra mei.

2008 Ministerio de Cultura

Quod & prouerbio fit manifestũ, ἐν θέρει τὴν χλαῖναν κατατρίβεις. ἐπὶ τῶν μὴ καθ' ὥραν τοῖς ἀναγκαίοις χρωμένων. Hoc est, AEstate læna deteris. In eos qui nõ suo tempore rebus necessariis abutuntur. Vtebantur læna in sacrificiis. Tullius in Bruto, Licet aliquid etiam de M. Popilii ingenio suspicari, qui cũ consul esset, eodémque tẽpore sacrificiũ publicũ cũ læna faceret, quòd erat flamẽ carmẽtalis, plebis cõtra patres concitatione & seditione nuntiata: vt erat læna amictus, ita venit in cõcionẽ, seditionémque cũ authoritate, tum oratione sedauit. Vtebantur & cœnatoriis pallii vice. Iuuenalis in quinta, -plurima sunt, quæ

Non audent homines perfusa dicere læna.

Martialis, vbi de Lusco conuiua furacissimo,

Et tectus lænis sæpe duabus abit. Nec tamen me fallit fuisse quoque apud Græcos genus vestis quæ χλανὶς diceretur, vt est apud Herodotum, vbi de Dario. Nec hoc loco omiserim Gallos olim solitos sagis villosis vti, quas lænas appellabant. Strabo in quarto, ἡ δ' ἐρέα, τραχεῖα μὲν ἀκρόμαλλος δέ, ἀφ' ἧς τοὺς δασεῖς σάγους ἐξυφαίνουσιν, οὓς λαίνας καλοῦσιν. Hoc est, Lana vero hirta, villoso pilo, ex qua saga pexa crebra cõtexunt, quas lænas appellant. Valerius χλανίδα amiculũ dixit. χλανίδος meminit & Athenæus in quinto, πρῶτοι μὲν οἱ τὸν ὄχλον ἀνείργοντες σιληνοὶ πορφύρας χλανίδος, οἱ δὲ φοινικίδας ἠμφιεσμένοι. Sileni qui primi turbã coercuerunt pars lænas & purpuras, alii paluda-

2008 Ministerio de Cultura

mentum purpureum induebantur. Illud fortassis quispiam mirabitur, quod in eodem dixit Athenæus χλαῖναν, quam Plato τρίβωνα appellat in symposio. Alcibiades loquitur, ὑπὸ τὸν τρίβωνα κατακλινεὶς ἔν τουτωί. Hoc est, Sub læna huius iacẽs. Athenæus vero, οὐδ' ὡς ἀλκιβιάδης συνεκοιμήθη ὑπὸ τὴν αὐτὴν γενόμενος χλαῖναν. Hoc est, Neque vt Alcibiades sub eadem læna vna iacuit. Cicero, vbi de Dionysio in tertio de natura deorum, in fine, Pellenicæ lænæ celebrãtur, antiquis victoribus athletis præmii loco dabãtur. Pollux. Strabo in octauo, ἔστι δὲ καὶ κώμη πελλήνη, ὅθεν καὶ αἱ πελληνικαὶ χλαῖναι, ἃς καὶ ἆθλα ἐτίθεσαν ἐν τοῖς ἀγῶσι. Hoc est, Est & vicus Pellene, vnde & Pellenicæ lænæ, quas & præmia cõstituerant in certaminibus ludicris.

CAP. XVI.

LACERNA quasi lacera, quòd capite minus sit, Sexto Pompeio. Quam militum quoque fuisse constat. Propertius in quarto,

Texitur in castris quarta lacerna tuis.

Ouidius Fastorum secundo,

Mittenda est domino, nũc nunc properate puellæ
Quam primum nostra facta lacerna manu.

Erant & lacernæ, quibus vterẽtur Romani, cũ spectaculis operã sedentariam præstarent, & togæ superinduebantur ad arcenda frigora. Martialis,

Amphitheatrales nos commendamur ad vsus,
Cum tegit algentes nostra lacerna togas

Iuuenalis in nona,

2008 Ministerio de Cultura

-pingues aliquando lacernas,
Munimenta togæ, duri, craſſique coloris.

Rurſus Martialis in octauo,

O quantos riſus pariter ſpectata mouebit
Trita palatina noſtra lacerna toga.

Tranquillus dedit negotium ædilibus, ne paterentur in foro circóve quenquam conſiſtere, niſi poſitis lacernis togatum. Lacernis candidis vtebâtur in ſpectaculis, ſi Martiali credimus, qui ludi in Horatium, qui nigra lacerna ſpectaculis aderat,

Spectabat modo ſolus inter omnes
Nigris, munus Horatius, lacernis:
Cum plebs, & minor ordo maximúſque
Sancto cum duce candidus ſederet,
Toto nix cecidit repente cœlo.
Albis ſpectat Horatius lacernis.

Hactenus Martialis. Plutarchus in AEmilio, vbi de triũpho Pauli AEmilii agit, ὁ μὲν δῆμος ἐν τε τοῖς ἱππικοῖς θεάτροις ἃ κίρκους καλοῦσι περί τε τὴν ἀγορὰν ἰκρία πηξάμενοι καὶ τἆλλα τῆς πόλεως μερεὶ καταλαυόντος ὡς ἕκαστα παρεῖχε τῆς πομπῆς ἐπ᾽ ὄψιν ἐθεῶντο καθαραῖς ἐσθῆσι κεκοσμημένοι. Cõcedebatur aliquando, honoris ergo, tota vti prætexta in ſpectaculis, vt S. P. Q. R. admiratus Catonis fidem & ſedulitatem in cõſeruanda Cypria gaza, vltro ei præcipuam detulit præturam, cõceſſitque vt toga prætexta in ſpectaculis publicis vteretur. Plutarchus in Catone, καὶ τὰς θέας αὐτὸν ἐν ἐσθῆτι περιπορφύρῳ θεάσασθαι. Etiã ludos in toga prætexta vt ip-

2008 Ministerio de Cultura

ſe ſpectaret. Lacernis vtebantur & mulieres. Iuuenalis in prima, Ipſe lacernatæ cum ſe iactaret amicæ. Ipſi in pleriſque Italiæ ciuitatibus matronas vidimus lacernatas, eo ipſo tempore, quo per vrbẽ mirifice temperato greſſu incedunt. Fortaſſe vero nõ inepte dixerim noſtros iuris tam diuini, quàm humani doctores (eo enim vocabulo gaudent) lacernatos, cum cappis quas vocant, pellitis ornati, tyronibus ſuis prolytarũ, lytarúmque inſignia largiuntur, pro ſenſus ratione an pro cenſu, nihil habeo dicere. Sacerdotes quoque, qui Canonici dicũtur, lacernis nigris ornantur, vt cucullo, cum in ædis choro ſedẽtario diuinos Dauidis verſus, alternis vltro citróque vicibus decantant: tempore vero æſtiuo vtuntur amictu pelliceo, quem ab amiciendo, opinor, vulgo aumiciam vocant. Quinetiã videntur lacernæ eſſe eæ, quibus Cardinales Romæ obequitando, triumphantium more vtuntur, ſacerdotii, vt ita dicam, dibaphici ius adepti, cum cucullo & Cauſia purpurea, quã nonnulli capellũ rubrũ vocant. Qui ne nimiũ hac de re gloriẽtur, ſciãt lacernas quoque pauperiorũ fuiſſe. Iuuen. in tertia,

Quid quod materiam præbet, cauſáſque iocorum,
Omnibus hic idem, ſi fœda & ſciſſa lacerna.

Martialis ad Mamurianum,

Cerea ſi pendet lumbis, ac trita lacerna.

Nobiliores illuſtrioréſque lacernis non vtebantur, niſi pluuio tempore, aut in ſpectaculis. Quare

2008 Ministerio de Cultura

Tullius obiectat Antonio, quòd rediſſet in vrbem cum Gallicis & lacerna. In ſecūda Philippicarum ſic ait, Nā quòd quærebas quomodo rediſſem, primum luce, non tenebris: deinde cum calceis & toga, nullis nec Gallicis, nec lacerna. In vulgatis codicibus ſcriptū eſt caligis: tu ex Gellio libro XIII. Gallicis legas, nos galozas dicimus. Erant enim & quædā lacernæ, quibꝰ pluuioſo tēpore vterētur. Plinius XVIII. cap. XXV. vbi de virgiliarū occaſu, Ergo ex occaſu eius de hyeme augurātur, quibus eſt cura inſidiādi negotiatoris auaritia. Nubilo occaſu pluuioſam hyemem denūtiant, ſtatímque augentur lacernarum pretia. Hactenus Plinius. Quæ lacernæ dicebantur & penulæ. Aulus Gellius libro XIII, T. Caſtritius rhetoricæ diſciplinæ doctor, qui habuit Romæ locum principem declamandi & docēdi, ſumma vir authoritate grauitatéque, & à D. Adriano in mores literáſque ſpectatus, cū me præſente, vſus ſum enim eo magiſtro, diſcipulos quoſdam ſuos ſenatores vidiſſet die feriato tunicis & lacernis indutos, & Gallicis calceatos, Equidem, inquit, maluiſſem vos togatos eſſe. Pigitum eſt ſaltem cinctos eſſe & penulatos. Vides vt quos lacernis indutos dixerat, vocat penulatos. Penulam enim abuſiuè nobiliſſimi veteres dixere omne quicquid tegit. Penula vtebantur arcendis pluuiis. AElius Lampridius in Alexādro, Penulis intra vrbem, frigoris cauſa, vt ſenes vterentur, permi-

2008 Ministerio de Cultura

ſit, cũ id veſtimẽti genus ſemper itinerariũ, aut pluuiæ fuiſſet. Matronas tamen intra vrbẽ penulis vti vetuit, in itinere permiſit.

Iuuenalis in quinta,

-fremeret ſæua cum grandine vernus
Iuppiter, & multo ſtillaret penula nimbo.

Quintilianus, Galba penulam roganti, nõ poſſum commodare, inquit, domi maneo, cum cœnaculum perplueret. Idem Galba, penulam roganti reſpondit, Si nõ pluit, non eſt opus tibi: ſi pluit, ipſe vtar. Quòd autem viatoria fuerit, Tullius ad Atticum XIII. probat, Sed ego, inquiens, ita egi, vt non ſcinderem penulã. Prouerbii vice vſurpauit Tullius, vt loquimur, non ſuſtinuit vt ſcinderem mantellum, quo apud me remaneret. Et paulo poſt, Horum ego vix attigi penulam, & tamen remanſerunt. Idem Tullius pro Milone, Cum alter veheretur in rheda penulat?, vnà ſederet vxor. Et paulò poſt, Quid minus promptum ad pugnã, cum penula irretitus, rheda impeditus, vxore penè conſtrictus eſſet? Erat & penula ſcortea: ſcorta enim veteres pelles nominabant, cuius meminit Martialis,

Ingrediare viam cœlo licet vſque ſereno,
Ad ſubitas nuſquam ſcortea deſit aquas.

Penula ſcortea vtuntur ii, qui ſolenne habent viſere ædem D. Iacobi Caleci, vel voti vel nummi cauſa. brodes vocamus. Vtuntur & pegaſarii

2008 Ministerio de Cultura

cursores, qui à Gallia Lugdunensi, quinto aut sexto demum die Romã aduolant, subinde per stationes mutatis equis, Græci penulam φαινόλην vocant. Paulus ad Timotheum secunda, τὸν φαινόλην ὃν ἀπέλιπον ἐν Τρωάδι παρὰ Κάρπῳ, ἐρχόμενος φέρε. Id est, Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, cũ venies, apporta. Hieronymus in tertio aduersus Pelagium dialogo, vertit lacernam siue penulam, vt inquit Erasmus in annotationibus, quod cum Gellio cõuenit, qui vt ferè eadem posuit lacernam & penulã, vt diximus. Athenæus in tertio, παῖ λευκὲ δός μοι ἄχρηστον φαινόλην. Hoc est, Puer cãdide da mihi inutilem penulã. Nos vocabuli Græci vestigia seruamus. μανδύην Græci, nos manteau dicimus. Pollux in septimo, ἡ δὲ μανδύη, ὅμοιόν τι τῷ καλουμένῳ φαινόλῃ. Id est, Mãdya vero simile quiddam habet cum ea quæ penula vocatur. Quòd vero Lampridius scribit, Alexandrum senioribus permisisse, vt intra vrbem penulis vterentur, quis forsitan mirabitur, cum orandis causis, penula munitos fuisse constet ipsos etiam oratores, ex Tacito in oratorum dialogo, his verbis, Quantũ humilitatis putamus eloquẽtiæ attulisse penulas istas, quibus astricti & velut inclusi, cũ iudicibus fabulamur. Hactenus Tacitus. Nanque ii, sub quorum persona disserit Tacitus, ante Alexandrum Imperatorem fato functi sunt: quin & Tacitus ipse, vt mihi quidem videtur. Quare in tanta non solum rerum, sed etiã au-

2008 Ministerio de Cultura

thorum diuersitate, eorúmque probatissimorum, nihil plane decernere ausim. Quæram vero omnia, dubitans plerunque, & mihi ipse diffidens. Tantum hoc dico, rem ipsam vestiariam variis temporibus haud prorsus eandem rationem retinere potuisse. Penula gausapina erat crebra, & villosa, qua hyberno tempore & frigido vterentur. Martialis,

Is mihi candor inest, villorum gratia tanta,
Vt me vel media sumere messe velis.

Quidam his versiculis putauerunt penulam gausapinam inter theristra, id est, æstiua vestimēta annumerari. Verum, ni fallor, falluntur. Sensus enim Martialis est, Penulæ dicit talem inesse candorem, tantam inesse villorum gratiam, vt etiam si hyberno vsui sit adscripta, tamen quis penulæ specie captus, eam vel media sumere messe velit. Vsque adeóne iudicio caruere Martialis interpretes? Et ille κέρας ἀμαλθείας inscriptus, de quo lactis haustum gallinacei sperare possis?

CAP. XVI.

VELVTI stolæ) Vides vt iureconsultus stolam annumerat inter ea vestimenta, quibus vir sine reprehensione vti nō potest, licet aliter obseruetur à Græcis, & Latinorum antiquissimis, vt diximus in principio huius opusculi. Postea vero ad matronarum vestem hoc vocabulum translatum est, quæ demissa erat ad imos vsque pedes, &

2008 Ministerio de Cultura

cuius extremam partẽ ambibat instita assuta, quæ erat fasciola quædam, siue limbus. Patrum nostrorum memoria, matronæ illustriores instita vtebantur, quos goddetos vulgo dicebant.

Ouidius,

Este procul vittæ tenues, insigne pudoris,
Quǽque tegis medios instita longa pedes.

Et aliâs,

Ecquid ab hac omnes rigida submouimus arte,
Quas stola contingi, sumptáque vitta vetat?

Inde stolatum, matronale atque honestum dicimus. Martialis,

Quis floralia vestit, & stolatum
Permittit meretricibus pudorem?

Quòd vero instita dicatur, & limbus, probat Virgilii versus,

Sidoniam picto chlamydem circundata limbo.

Et Ouidius, -quam limbus obibat
Aureus, ornabant aurata monilia collum.

Sunt qui dicant limbum, muliebre vestimentum fuisse, citéntq; Plauti locum, Textores, limbolarii. quo non satis probatur quod volunt, etiam si id Marcellus velle videatur. Capitia, Capitium Varroni dictum, quòd pectus capiat, hoc est, comprehendat. Et est capitis tegmẽ, à capite dictum, vt opinor. Quod si verum est, in mulieribus id capitiũ dicemus, quod in matronis cappam appellamus, quo vndatim crispo vtũtur Parisinæ. Omiseram

2008 Ministerio de Cultura

dicere vestem aliquando poni pro panno, vt apud Marcum Tullium, vestis Melitẽsis, quæ fiebat Melitæ, quæ est insula satis lato ab Sicilia mari, periculosoque disiuncta, in qua est eodem nomine oppidum, quo iste Verres, inquit Tullius, nunquam accessit: quod tamẽ oppidum isti in textrinam ad muliebrem vestem conficiendam fuit. Idem libro IIII. in Verrem, Sed tantum ne Melitensiũ: quasi etiam amicorum vxores, tãtum lectorum quasi etiam omnium istorum villas ornaturus esses.

CAP. XVIII.

ZONAE) hic iureconsultus inter muliebria adnumerat. Martialis,

Longa satis nunc sum, dulci sed pondere venter
Si timeat, fiam tunc tibi zona breuis.

Zona quoque erat virorum, in qua solebant deferre nummos. Inde præceptum illud domini apud Matthæum, Ne possideatis aurum, neque argentum, neque æs in zonis vestris. Extat Gracchi dictum in oratione, quam ad populum in concione habuit, Itaque Quirites, cum Roma profectus, zonas quas plenas argenti extuli, eas ex prouincia inanes retuli. Alii vini amphoras, quas plenas tulerunt, eas argento plenas domum reportarunt. Plutar. in Tiberio, pro zona βαλάντιον vertit, his verbis, μόνος δὲ τῶν στρατευσαμένων πλῆρες τὸ βαλάντιον εἰσενηνοχὼς, κενὸν ἐξενηνοκέναι. Etiam si idẽ Plutarchus aliâs his verbis vtatur, in Lucullo scilicet, οἱ δ᾽ ἄγοντες

2008 Ministerio de Cultura

αἰσθόμενοι, πεντακοσίους χρυσοῦς, ὑπεζωσμένον ἀπέκτειναι. Cum ſenſiſſent qui eũ ducebant, aureis quingentis ſuccinctum interfecerunt. Illud vero non omittendum quod ſcripſit Athenæus in primo, reges Perſarum & AEgyptios dare ſolitos reditum tributorum Alexandriæ ciuitatis vxoribus ſuis in zonas. Tullius, Solere aiunt Barbaros reges Perſarum ac Syrorũ plures vxores habere. His autẽ vxoribus ciuitates attribuere hoc modo, Hæc ciuitas mulieri redimicula præbeat, hæc in collũ, hæc in crines. Socrates quoque apud Platonẽ in Alcibiade priore ait, ἐπεί ποτ᾽ ἐγὼ ἤκουσα ἀνδρὸς ἀξιοπίστου τῶν ἀναβεβηκότων παρὰ βασιλέα, ὃς ἔφη παρελθεῖν χώραν πάνυ πολλὴν καὶ ἀγαθὴν, ἐγγὺς ἡμερησίαν ὁδὸν, ἣν καλεῖν τοὺς ἐπιχωρίους, ζώνην τῆς βασιλέως γυναικὸς, εἶναι δὲ καὶ ἄλλην ἣν αὖ καλεῖσθαι καλύπτραν, καὶ ἄλλους πολλοὺς καὶ τόπους καλοὺς ἀγαθοὺς, εἰς τὸν κόσμον ἐξῃρημένους τὸν τῆς γυναικὸς, καὶ ὀνόματα ἔχειν ἑκάστους τῶν τόπων ἀπὸ ἑκάστου τῶν κόσμων. Nam ex viro fide digno quondã audiuit, qui ad regem in Aſiam adiuit, qui diceret regionem ſe præteriiſſe amplam admodum & vberem, vnius ferè diei iter, quam incolæ zonam reginæ nominãt: eſſe autem & aliam quam rurſum vocant calyptram. Alia præterea multa loca pulchra & fertilia mũdo vxoris regis deſtinata, & ea ſortita nomina à muliebri ornamento. Porrò autem latis zonis vtebantur & mulieres apud Illyrios, quæ præcingunt ventrem latis zonis quando bibunt, & hoc primum mediocriter præſtringunt,

2008 Ministerio de Cultura

Cum vero acrius bibunt, magis ſemper cogūt, cōprimuntque zonam. Verba Athenæi ſubſcriberē, quem laudo authorem, ni verear lecturis ſtomachum facere. Erat & cinctus & cingulum à cingēdo, vt inquit Varro. Alterum viris, alterum mulieribus attributū. A quo & cinctura dicitur. Tranquillus in Cæſare dictatore, Vſum enim lato clauo ad manus fimbriato, nec vt vnquam aliter ſuper eum cingeretur, & quidem fluxiore cinctura. Vnde emanaſſe Syllæ dictū, optimates ſæpius admonentis, vt malè præcinctum puerum cauerent. De baltheo dubitari poteſt, an veſtimētorum appellatione veniat. Et magis eſt, vt armorum nomine comprehendatur, quandoquidem baltheū Varro inter arma adſcripſit, dictum quaſi bullatū cingulum. Tacitus quoque XVII. recenſet inter armorum ornamenta, in hæc verba, Manipuli quoque, & gregarius miles, viatica ſua, & baltheos, phaleráſque, inſignia armorū argento decora, loco pecuniæ tradebant. Græci ζωστῆρα appellāt. Plutarchus in Camillo, ἀποδυσάμενος τὴν μάχαιραν, ἅμα καὶ τὸν ζωστῆρα προσέθηκε τοῖς σταθμοῖς. Hoc eſt, Gladium vnà cū baltheo exutum, lancibus appoſuit.

CAP. XIX.

MITRAE) Mitra vtebantur matronæ. Varro de lingua Latina; Mitra & reliqua ferè in capite. Poſtea addita cū vocabulis Græcis. Vtebantur & reſte, hoc eſt, faſciola, qua capillus in ca-

2008 Ministerio de Cultura

pite colligaretur. Erat autem reticulũ, quod capillum cõtineret, nos cophiã vocamus. Capital quoque à capite dictum, quod sacerdotale, inquit Varro, in capite nũc solent habere. Sic rica à ritu, quòd Romano ritu sacrificium fœminæ cum faciunt, capita velant.

CAP. XX.

PILEVS, quod & pileum dicitur, in plurali, vt quidam putãt, vel quòd ex pilis fieri soleret, vel quòd pilos capitis tegeret. Græci τὸ πιλίον. Plutarch⁹ in M. Catone, ὃ πιλίον ἐχεῖ, καὶ τὴν ζώνην ἐπιλελησμένον. Et capitis tegimẽ fuisse patet ex Martiale,

Si possem, totas cuperem misisse lacernas,
Nunc tantum capiti munera mitto tuo.

Et aliâs,

Dúmque decẽt nostrũ pilea sumpta Iouẽ. πιλίδιον etiã dicitur à Demosthene περὶ τῆς παραπρεσβείας καὶ πιλίδιον λαβὼν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν περὶ ὅστις καὶ ἐμοὶ λοιδορεῖ. Mos fuit Romanis, vt eorũ serui libertatem assecuti, pileũ capite tonso gestarent. Plautus, Vt ego hodie raso capite caluus accipiam pileum. Plutarchus in Tito, οἱ γὰρ ἄνδρες οὗτοι καθάπερ ἔθος ἐστὶ τοῖς οἰκέταις, ὅταν ἐλευθερωθῶσι, ξυρᾶσθαί τε τὰς κεφαλὰς, καὶ πιλία φορεῖν, ταῦτα δράσαντες αὐτῷ θριαμβεύοντι παρείποντο. Hoc est, Viri enim illi, qui mos seruorum est cum libertate donantur, rasis capitibus pileati in triumpho Titum comitabantur. Hactenus Plutarchus.

2008 Ministerio de Cultura

Serui quoque cum pileati vænibant, eorum nomine venditor nihil præstabat, vt Cælius Sabinus ſcriptum reliquit. Cuius rei cauſam eſſe ait, quòd eiuſmodi cõditionis mancipia inſignia eſſe in vendundo deberent, vt emptores errare & capi non poſſent: neque lex vendundi operienda eſſet, ſed oculis iam perciperent, quodnam eſſet mancipiorum genus. Hæc Gellius noctium Atticarum ſeptimo. Tiara erat capitis tegmen regum orientis. Ouidius in vndecimo de Mida rege,

Tempora purpureis tentat velare tiaris.

Plutarchus inter Medicam ſtolam adnumerat in Antonio, qui in publicũ filios produxit, ἀλέξανδρον μὲν ἐν ἐσθῆτι μηδικῇ, τιάραν καὶ κίταριν ὀρθὴν ἐχοῦσῃ. Hoc eſt, Alexandrum Medica veſte, tiaran & citarin rectam habente. Hierony. ad Fabiolam, Quartum genus eſt veſtimenti rotundum pileolum, quaſi ſphæra media ſit diuiſa, vt pars altera ponatur in capite. Hoc Græci & noſtri tiaram, nonnulli galerum vocant. Plutarchus in Artoxerxe, ἀπέπιπτει δὲ τῆς κεφαλῆς ἡ τιάρα τοῦ κύρου. Hoc eſt, Decidit à capite tiara Cyri. Quo in loco pro galea accipi videtur. Heſychius enim ait, quandoque eſſe περικράνιον, quod antiqui dicebant veluti ςέμμα. author Pollux. κίταρις, quã nõnulli cidarim vocãt, Perſarũ quoque regum inſigne erat, ſi recta geſtaretur. Plutar. in Artoxerxe, ἀνέδειξε τὸν δαρεῖον βασιλέα, πεντήκοστον ἔτος γεγονότα, καὶ τὴν καλουμένην κίταριν ὀρθὴν φέρειν ἔδωκε. Id eſt,

2008 Ministerio de Cultura

Designauit Darium regẽ quinquaginta annos natum, permisítque, vt eã quæ citaris appellatur, rectam gestaret. Cidaris quoque capitis ornamẽtum regũ Armeniæ, quod & diadema appellatur. Plutarchus in Lucullo, τιγράνης δ' αὐτὸς ἑαυτὸν γυμνὸν, καὶ ἄνοπλον φέρων ὑπέῤῥιψε πομπηΐῳ, καὶ τὸ διάδημα τῆς κεφαλῆς ἀφελόμενος ἔθηκε πρὸ τῶν ποδῶν. Hoc est, Ipse vero Tigranes nudus & inermis ante Pompeium procidit, sublatúmque à capite diadema ante pedes posuit. Quod hîc diadema dixit Plutarchus, citarim in Pompeio appellat his verbis, καὶ τέλος, ὡς πρὸς αὐτὸν ἦλθε πομπήϊον, ἀφελόμενος τὴν κίταριν, ὥρμησε πρὸ τῶν ποδῶν θεῖναι. Hoc est, Postremo, vt ad ipsum Pompeium venit, sublato è capite citare, ante pedes collocare pergit. Vides vt cum de eodẽ Põpeio & Tigrane eadem referat, quod in Lucullo diadema dixerat, in Pompeio citarim vocet. Quare puto vtrunque simul iunctum, insigne regium esse, vt de tiara & cidare recta diximus ex Plutarcho in Antonio. Quin Suidas & Hesychius citarem & tiarã eadem existimasse quosdam scripserunt. Cidaris vero, vt ait Pollux, appellatur & cyrbasia, & pileus. τὴν δὲ κυρβασίαν, καὶ κίδαριν καὶ πῖλον καλοῦσι. Ludouicus Cælius in antiquis suis lectionibus legit anaxyris, quam & cyrbasiam dicunt, falsus corrupti exemplaris errore. Legendum enim in Polluce, τὴν δὲ, non, τὴν καὶ. Salii, authore Dionysio, tunicas versicolores æneis succincti baltheis,

2008 Ministerio de Cultura

togáſque anneƈtentes fibulis circunduƈtis purpura, ſubtegmine puniceo, quas trabeas vocant. Eſt enim gentilis ea veſtis, Romanis valde honorifica, & quos apices vocant, capitibus imponentes pileos altos, in ſpeciē coni eduƈtos, quas Græci κυρβασίας appellant. Diadema, ornamētum capitis regū inſigne. Tacitus in quinto, Surena patrio more Tiridatē inſigni regio euinxit. Paulo poſt ſubdit, Deleƈtum capiēdo diademati diem hunc con celebrauerāt. Surenæ enim gentilibus ius erat, nouo regi primum diadema ponere, vt palàm fit ex Plutarcho in Craſſo, in hæc verba, κατὰ γένος μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς ἐκέκτητο βασιλεῖ γινομένῳ πάρθων ἐπιτιθέναι τὸ διάδημα πρῶτος. Reginæ quoque eo inſigni ornabātur, vt docet Plutarchus in Lucullo, de Monima Mileſia altera Xerxis vxore, cui⁹ magna fama, & honor apud Græcos, ὅτι τοῦ βασιλέως πειρῶντος αὐτῆς, καὶ μυρίους πεντακισχιλίους χρυσοῦς προσπέμψαντος, ἀντέσχε, μέχρι οὗ γάμων ἐγένοντο συνθῆκαι, καὶ διάδημα πέμψας αὐτῇ βασίλισσαν ἀνηγόρευσε. Hoc eſt, Quòd regi ipſam attentanti, præmiſſiſque quindecim aureorum millibus euocanti non paruerit, donec de matrimonio conuentum fuerit, miſſóque diademate reginam ſalutarit. Aureum pro centum ſolidis noſtris accipe, vt docuit Budæus ex Tranquillo & Plutarcho & Tacito. Erat autem diadema, faſcia quædam, qua caput circunligabant, vnde illa cuius modo mentionem fecimus, Monima, cum à capite diadema

2008 Ministerio de Cultura

abſtraxiſſet,collo aptauit,ſéque ſuſpẽdit. περισπάσας τῆς κεφαλῆς τὸ διάδημα τῷ τραχίλῳ περιῆψε, καὶ ἀνήρτησεν ἑαυτὸν. Et cum corporis grauitate laqueus ille confractus eſſet,O execrandum, inquit,diadema. Neque in tam triſti mihi miniſterio profuiſti. A diademate, Metellorũ vnus dictus diadematus,vt inquit Plutarchus in Coriolano, ὅτι πολὺν χρόνον ἔχων περιενόσει περιδεδεμένος τὸ μέτωπον, quòd multo tẽpore circũuagabatur,frontẽ redimitus. Quare quidã non indocti apud Plinium in ſeptimo,diadematis legunt,his verbis, Et hoc dicebat,iam Balearicis & Creticis, & diadematis, iam Macedonius ipſe.Etiam ſi nonnulli putent legendum,non diadematis:ſed Numidicis,ex Plutarcho in Lucullo, in ipſo ſtatim principio,quum ait, Auunculũ Luculli fuiſſe Metellum eum,qui Numidicus eſt cognominatus.

Vitta tegimen capitis matronarum. Tibullus,

Sit modo caſta doce,quanuis non vitta ligatos
Impediat crines,nec ſtola longa pedes.

Erat quoque Veſtaliũ,qua cum plaga vtuntur eæ, quæ perpetuã virginitatẽ deo vouerũt,vnicum dei filiũ ſpõſum agnoſcẽtes.Erat autẽ plaga,grãde tegimen lineũ, qua hodie mulieres Romanæ vtuntur. cuius diminutiuũ eſt plagula, cuius meminit Vlpianus hic. Calãticæ etiã meminit Vlpianus in ſeq.& erat tegmen muliebre capitis.Cicero,Túne cum mẽtirentur pedes fuſci,cum calãticam capiti

2008 Ministerio de Cultura

accommodares? κυνῆ pileus erat Lacedæmoniorũ. Strabo in ſexto, vbi de origine Taranti loquitur, συνέκειτο μὲν, inquit, τοῖς ὑακινθίοις ἐν τῷ ἀμυκλαίῳ συντελουμένου τοῦ ἀγῶνος, ἡνίκα τὴν κυνῆν περίθοιτο ὁ φάλανθος, ποιεῖσθαι τὴν ἐπίθεσιν. Loquitur de inſidiis, quas Lacedæmoniorum Helotes, id eſt mancipia vocati, & partheniæ popularibus ſtruxerãt. Conuenerat, inquit, cum Hyacinthinis, vt inſultus initium fieret in populares, quando habita in Amyclæo ludorum celebritate, Phalanthus capiti cynam imponeret. Cynam paulò poſt idem author, vt opinor, ex Ephoro, pileum Laconicum appellat, licet aliter rem ipſam narret. Cynæ quoque meminit Athenæus decimoquarto, τοῖς δὲ εἵλωσι πᾶν ὑβριστικὸν ἔργον ἐπιτάττουσι πρὸς πᾶσαν ἄγον ἀτιμίαν. κυνῆν δὲ γὰρ ἕκαστον φορεῖν ἐπανάγκες. Ilotis autem opus omne iniurioſum & ignominioſum imperabant. cogebatur enim quiſque ferre cynam. Heſychius vero ait, petaſum eſſe pileum Arcadicum. quibus verbis palàm fit, petaſum fuiſſe tegmen capitis, vnde petaſati dicti. Trãquillus in Auguſt. Domi quoque nõ niſi petaſatus ſub dio ſpatiabatur, hoc eſt velato capite. Athenæ⁹ in V, ἐπὶ δὲ πάντων τούτων ἀναβεβήκει παιδάρια χιτῶνας ἔχοντα ἡνιοχικοὺς, καὶ πετάσους. In his autẽ omnib⁹ ibant pueli tunicas rhedariorũ habẽtes & petaſos. Et in XII. vbi de Alexãdro, ἐν δὲ τῇ συνουσίᾳ τά τε πέδιλα καὶ τὸν πέτασον. In conuiuio vero calceos & petaſon. Marcus Tullius in epiſt. ad Caſſiũ, Sed petaſati veniũt, co-

2008 Ministerio de Cultura

mites ad portas expectare dicunt. Causia etiam capitis erat, quæ purpureæ dabantur à regibus Macedonum, vt diximus. Erat enim Macedonum causia, καυσία πῖλος μακεδονικὸς παρὰ μενάνδρῳ. Causia apud Menandrum pileus est Macedonicus, ait Pollux in decimo, vt tiara, candys, vt ἀναξυρίδες Medorum & Persarum. Erat autem candys tunica, quæ regis erat haliporphyros, aliorum vero purpurea, vt ait Pollux. Atqui Alexāder Magnus, vti ferunt, anaxyridas, candyn, tiarámque semper repudiauit. Erant autem anaxyrides, feminalia, seu brachæ, vt inquit Suidas, Hesychius, & etiam, vt audio, Eustathius, in Homerum Iliados secūdo. Quod & Strabo dixisse videtur, cum ait in quarto, vbi de cultu Gallorum, σαγοφοροῦσι δὲ καὶ κομοτροφοῦσι, καὶ ἀναξυρίσι χρῶνται περιτεταμμέναις. Hoc est, Sagis vtuntur, & comam nutriunt, oblongísque feminalibus, quas vnico vocabulo brachas dicere possumus. Idē Strabo author est, ἀναξυρίδας Persarum quoque fuisse, his verbis, ἐσθὴς δὲ τοῖς ἡγεμόσι καὶ ἀναξυρὶς τριπλῆ. χιτὼν δὲ χειριδωτὸς, τριπλοῦς, ἕως γόνατος. ὁ ὑπενδύτης μὲν λευκὸς, ἄνθινος δὲ ὁ ἐπάνω. ἱμάτιον θέρους μὲν πορφυροῦν ἢ ἄνθινον, τιάραι παραπλήσιαι ταῖς τῶν μάγων, ὑπόδημα κοῖλον, διπλοῦν, τοῖς δὲ πολλοῖς χιτὼν ἕως μεσοκνημίου, καὶ διπλοῦς. ῥάκος δὲ σινδόνιόν τι περὶ τῆς κεφαλῆς. Hoc est, Persarū principes vestis vice vti bracha tripla dupláq;, & manicata tunica ad genua vsq; promissa, cuius suffultura vtique candida, exterior vero pars picta. Eorum pal-

2008 Ministerio de Cultura

lium æſtate purpureum, vel varium: hyeme vero pictũ: tiaræ haud abſimiles eis quas Magi geſtant, calciamentum cauum ac duplum: vulgus autem tunicam ad mediam vſque tibiam geſtãt, eámque duplam: faſcia vero ſindonica caput euinciunt. Erant autem brachæ Gallorum tranſalpinorum, Britonúmque. Martialis,

Quod veteres brachæ Britonis pauperis,

Quibus & pudenda tegebantur. Iuuenalis,

Mittentur brachæ, cultelli, fræna, flagellum.

Tacitus decimoſeptimo, Ornatum ipſius municipia & coloniæ in ſuperbiam trahebant, quòd verſicolore ſagulo brachas tegmen barbarum indutus, togatos alloqueretur. Plutarchus in Othone, ἐκείνων δὲ κεκίνας, ὅτι σχῆμα δημοτικὸς, ἀλλ᾽ ἐπαχθὴς καὶ ἀλλοκότου σώματος μεγάλου, γαλατικῶς ἀναξυρίσι καὶ χειρῖσι ἐνεσκευασμένος. Quibus verbis eadem ferè quæ apud Tacitum retuliſſe videtur Plutarchus. Vnde brachati dicti Narbonẽſes, vt ait Plinius. Iuuen. in octaua,

Vt brachatorum pueri, Senonúmque minores.

Nunc vero etiam brachatis, & tranſalpinis nationibus. Scitum eſt illud Tranquilli, Gallos Cæſar in triumphum ducit. Idem, In curia Galli brachas depoſuerunt, latum clauum ſumpſerunt. De brachis etiam, vt opinor, dictum prouerbialiter, vt de re inſolita, ἀμαθὴς ἀναξυρίδα περιθέμενος, πᾶσι ταύτην ἐδείκνυ. Hoc eſt, Imperitus bracham indutus, omnibus eam oſtentat. Neque vero puto ἀναξυρίδα ſub-

2008 Ministerio de Cultura

ligaculum fuiſſe, quod tantum, vt opinor, pudendorum velamen erat: neque femora cõtegebat, vt brachæ & ἀναξυρίδες, quæ & ob id feminalia dicũtur à probatiſſimis authoribus. Diodorus in quinto, ἐσθῆσι δὲ χρῶνται καταπληκτικαῖς. χιτῶνας μὲν βαπτοὺς χρώμασι παντοδαποῖς διηνθισμένους καὶ ἃς ἀναξυρίδας ἐκεῖνοι βράκας προσαγορεύουσι. Subligaculi vero meminit Tullius Officiorum primo, Scenicorũ quidem mos tantam habuit à vetere diſciplina verecũdiam, vt in ſcena ſine ſubligaculo prodeat nemo. Græci περίζωμα vocãt. Plutarchus in Romulo, ἐν περιζώμασι γυμνοὶ διαθέουσι. Et Athenæus, ni fallor, διαζώσφας appellat, in decimoquarto, καὶ αἱ θετταλαὶ αὐταὶ ὀρχηστρίδες, καθάπερ αὐταῖς ἔθος ἐστὶν ἐν ταῖς διαζώσφαις γυμναὶ ὠρχοῦντο. Etiã Theſſalæ ipſæ ſaltatrices, vt eis mos eſt in diazoſphis nudæ ſaltabant. quod dictum fortaſſis eſt ἀπὸ τοῦ ὀσφύος. Quare quod ſcriptum eſt in epiſtola Pauli ad Epheſios, ad finem, στῆτε οὖν περιζωσάμενοι τὴν ὀσφὺν ὑμῶν ἐν ἀληθείᾳ, verti potius debuit: Succincti ſubligaculo, vel ſuccincti ſimpliciter, quàm baltheo. Nihil enim cõmune lumbis cum baltheo. Nec te moueat, quod doctiſſimos mouiſſe videtur, quòd ſcilicet ſupra mentionẽ fecit πανοπλίας. Poſt hæc enim ſubdit, de calciamentis, quæ nec armorum appellatione veniunt, nec veſtimẽtorum, ſi iureconſultis credimus.

CAP. XXI.

ARISTO. etiam coactilia veſti cedere ait.) Coactilia, inquit AEgnatius, iurecõſultis di-

2008 Ministerio de Cultura

ci videntur pelles, seu lora, quibus inuoluũtur, adligantúrve vestimẽta, quæ omnia instrumẽti viatorii sunt. Hactenus AEgnatius. Quibus verbis videtur id significari, quod Græci φάσκολον dicũt. Itali valize, nos vero malle. Ego ante quàm hæc AEgnatii verba legissem, aliter sentiebã. siquidem memineram me legisse apud Pliniũ in octauo, Lanæ & per se coactæ vestem faciunt. vnde coactilia dicta putabã ea, quæ vulgo feltra appellamus. Nunc vero tanti viri authoritate permotus subsisto. Cæsar libro tertio de bello ciuili, Atq; omnes ferè milites aut ex subcoactis, aut ex centonibus, aut ex coriis tunicas ac tegmenta fecerant quibus tela vitarent. Quod si verum tibi lector videbitur, quod nos ante vulgata AEgnatii scholia opinati sum⁹, ausim & ego opinari bis ad eundẽ lapidẽ AEgnatium offendisse. Neque enim pertinaciter in Pertinace Capitolini legendum, tabernã coactiliariã, vt censet AEgnatius: sed coctilitiã potius, id est eam in qua coquebãtur ligna, ne fumũ facerẽt, quorũ meminit Vlpian⁹ in l. ligni appellati, supra de leg. tertio, & de verb. sig. his verbis, Sed & titiones, & alia ligna cocta, ne fumũ faciant. Quæ etiã à Martiale ligna ecapna dicũtur, quæ & forsitã coctilia dicũtur à Trebellio Pollione in D. Claudio, in hæc verba, Ligni quotidiani pondo mille si est, copia: sin minus, quantũ fuerit, & coctiliũ quotidiana batilla quatuor. Quæ Iulius Pollux in decimo ξύλα-

2008 Ministerio de Cultura

καύσιμα appellat. Quod vero apud Plinium in octauo, post verba suprà scripta, in vulgatis codicibus legitur, Indumenti vsum veniunt: legendum, in tomenti vsum væneunt. Cuius loci me admonuit (volo enim suæ cuique industriæ honos reddatur) Christophorus Longolius, vir mecum iisdem Græcarum literarum studiis, veluti sacris initiatus, eóque nomine mihi amicissimus. Ille enim vnus in causa fuit, vti posthabitis rabularũ altercationibus, quibus audiẽdis in suprema Parisiorum curia tempus tereremus, Romam vnà cum eo ad capiendum ingenii cultum concederem: cuius immaturo interitu, Romanæ, Græcǽque literæ damnum non mediocre fecerũt, cuiúsque singularem tum doctrinam, tum virtutem admirati Romani, eum non petentem ciuitate donarunt. Laboris enim improbitate, ingeniíque fœlicitate eò gradũ fecerat, vnde si porrò fatorum clemẽtia vitæ diem prorogante adnisus fuisset, peruenire ad summa, & doctissimo cuique in vtriusque linguæ facultate æquari potuisset. Latine quidem loquendo nescio an habuisset parem neminem. Quod si quis meum hac in re testimonium eleuet, vt hominis Longolii amicissimi, Germani Brixii carmen legat, viri vtriusque linguæ studiosissimi, tum vero poetæ fœlicissimi,

Longolio vix dum digresso matris ab aluo
Dixerat Aonidum nomine Mercurius,

2008 Ministerio de Cultura

Cresce infans, tibi ab ingenii, linguæque disertæ
Dotibus, olim ingens, me duce, fama aderit.
Quam primis postquam sibi cōciliasset in annis
Longolius fuso, nocte diéque, oleo.
Tum deus eloquii veritus, si debita fati
Ordine vixisset tempora Longolius,
Ne sibi præriperet linguæ decus, inuidus illum
Contactum virga sustulit ante diem.

Εἰς τὸ αὐτὸ τοῦ αὐτοῦ.

Κείμενος ἐν μουσῶν κόλποις ἀντήνορος ἐντὸς
Τείχους, λογγόλιον μοῖρ' ὀλοὴ δάμασεν.
Τῷ ῥα ἑῆς πόλιος στέφανον δωρήσατο ῥώμη
Ἀστείῳ γέρας ξεῖνον ἀμειβομένη.
Εἵνεκα τῶν τε λόγων, καὶ λέξιος, εἵνεκα κομψῆς,
Εἵνεκα τῆς διδαχῆς, εἵνεκα τῶν χαρίτων.
Δύσμορε λογγόλιος, φαεινὸν ὥς, θάνες ἐν νεότητι
Καί περ ἐὼν ζωῆς ἄξιος ἀθανάτου.

Hæc Lazarus Baysius commentabatur, emendaturus, immutaturúsque, siquid sit, quod à varietate iudiciorum desyderetur.

2008 Ministerio de Cultura

De vaſculis.

2008 Ministerio de Cultura

2008 Ministerio de Cultura

Antonio à Burgo

CLARISS. VIRO, GALLIArum Cancellario Lazarus Bayſius S.

HAS noſtras vigilias pridem edideramus ſine tutore, ſine vindice, Antoni clariſſime: propterea quòd id temporis Venetiis eramus à Rege legati: nihílque à quoquam iuriſgentium authoritate fulti timeremus, qui ab omnibus propemodum ſancti haberemur. Nunc ipſi ad priuatam fortunam reiecti, te potiſſimum noſtrorum ſtudiorum aſſertorem fore idoneum cognouimus: qui in altiſſimo dignitatis gradu conſtitutus, ſummíſque occupationibus diſtrictus, tuam tamen dignitatē ad hæc humaniora ſtudia, vt ita dicam excolēda, demittere nō grauaris. Quorum ſtudioſis vt prodeſſe poſſes, quantum velles, Regis Franciſci iudicio factum eſt, qui te nihil tale cogitantem, ne dicam non ambientem, ad hoc munus ſponte ſua delegit, quod & eſt, & habetur in noſtra Gallia eximium. In quo obeundo te ita geris, vt plus tua comitate comite, prudentíque conſilio negotiorū expedias, quàm quantum iure & poteſtate, moroſáque ſeueritate, qui ante te fuerunt, potuerint omnes. Et nimirum expediēdis, conficiendíſque rebus vincit facilitas ſeueritatem, prudentia authoritatem, conſilium poteſtatem. Sed hæc fortaſſe

2008 Ministerio de Cultura

nimium multa. Accipies igitur hoc paruum opusculum tua (vt soles) ab omnibus prædicata humanitate: in quo videbis explicatam, vt potuim⁹, Romanorum supellectilem, vasa omnia aurea, argentea, & in his (si Diis placet) nonnulla gemmea: quæ tibi (vt spes est) tam grata erunt, quàm antiquariis hominibus esse solent numismata è terra eruta, quæ in amoribus propter antiquitatem & deliciis habēt. Vale. Calend. Augusti, ANN. M. D. XXXVI.

2008 Ministerio de Cultura

Animaduerſiones

IN TRACTATVM DE AVRO & ARGENTO LEGATO, PER LAZARŪ BAYFIUM.

IN capite Vxori quis legauit, quæſitum eſt an carruca dormitoria. Carruca vehiculi genus eſt à carro deductum. Quam & rhedam vocat Martialis, vbi de Baſſo, Fauſtinę plena Baſſus ibat in rheda. Subdit enim,

Nec feriatus ibat ante carrucam.

Plinius libro trigeſimotertio, conqueritur quòd ſua ætas carrucas ex argēto cælare inuenerit, quas & aureas fuiſſe teſtatur Martialis in quinto,

Aurea quòd fundi pretio carruca paratur.

Antonius Heliogabalus, vt author eſt AElius Lampridius, cum priuatus eſſet, iter nunquam minus ſexaginta vehiculis fecit: Imperator vero etiã ſexcenta vehicula dicitur duxiſſe: aſſerens decem millibus camelorum, Perſarum reges iter facere: & Neronem quingentis carrucis iter iniiſſe. Surenas autem Perſarum regis præfectus, ἐξήλαυνε καθ' ἑαυτὸν ἀεὶ χιλίοις σκευοφορούμενος καμήλοις καὶ διακοσίαις ἁ-

2008 Ministerio de Cultura

πῆνας ἐπῆγετο παλλακίδων. Plutarchus in Crasso, Δημοσθένης περὶ τῶν συμμοριῶν, de eodem rege Persarũ inquit, καὶ τί τοῦτ' ἐστὶν πρὸς διακοσίας καὶ χιλίας καμήλους, ἃς βασιλεῖ τὰ χρήματα ἄξειν φασὶν οὗτοι. Plutarchus etiam in Alexandro, τῶν δὲ ἄλλων κατασκευῶν, καὶ τὸν πλοῦτον ἐκκομισθῆναι φασὶ μυρίοις ὀρικοῖς ζεύγεσιν καὶ πεντακισχιλίαις καμήλοις. A carruca dicũtur mulæ carrucariæ, trahendis carrucis assignatæ. Sic & asinus machinarius dicitur ab Vlpiano in l. Cum quereretur, suprà De leg. tertio, & in l. Quæsitum, De fundo instructo. Et Asina molẽdinaria à Paulo dicitur in l. Cũ de lanionis, suprà De fundo instructo. Neque enim iurecõsultorũ tempore adinuẽtæ erant machinæ, quæ defluentis, atque adeo præcipitãtis aquæ impetu rotãtur, quibus hodie passim nostri molitores vtuntur. Dicitur & meta molẽdinaria, quæ est molæ pars inferior, catillus vero superior. Quam metam Græci ὄνον vocãt, & μύλος ὀνικὸς dicitur apud Matthæũ cap. decimooctauo. Quæ & meta molẽdinaria dicitur à Iurecõsulto Paulò, suprà De fundo instructo. instrumẽto leg. Quòd vero hic Scæuola carrucæ dormitoriæ meminerit, addit fidem his quæ de cubiculo viatorio Neronis principis ex Plinio diximus in l. Vestis, infrà Eadem. Dormitoriã autẽ dixit, vt & Iulius Pollux refert in decimo, à comicis dici χιτὼν εὐνητὴρ, quã nos verbũ è verbo, si volumus, tunicã dormitoriã dicemus, vulgo camisiam nocturnã. Quin & Horatius Sermonũ

2008 Ministerio de Cultura

primo, nocturnam dixit illo versiculo, Nocturnã vestem maculant ventrémque supinum. Plutarchus in Themistocle huiuscemodi carrucas dormitorias σκηνὰς videtur appellare, cum ait, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀργυρωνήτους καὶ παλλακευομένας ἰσχυρῶς παραφυλάττουσιν, ὡς ὑπὸ μηδενὸς ὁρᾶσθαι τῶν ἐκτὸς, ἀλλ' οἴκοι μὲν διαιτᾶσθαι κατακεκλεισμέναι, ἐν δὲ ταῖς ὁδοιπορείαις ὑπὸ σκηνὰς κύκλῳ περιπεφραγμένας ἐπὶ τῶν ἁρμαμαξῶν ὀχεῖσθαι.

In l. Cum aurum & argẽtum &c. an replumbari debeãt. Plin. Secũdus libro nat. hist. tricesimo quarto, docet duo plumbi esse genera, nigrũ & cãdidum. Album nulli rei sine mixtura vtile est, neque argẽtum ex eo plumbatur, hoc est, vt ipse interpretor, iungitur & solidatur, quoniam prius liquescit argentum. Quibus Plinii verbis planũ fit, quid sit argentum replumbari: replumbatur enim, si plumbum auellitur, & argentum purũ relinquitur. Applumbare vero argentum, est plumbo addito curare, vt argentum argento, vel massa massæ cohæreat, cuius meminit Paulus in l, In rẽ actio, suprà De rei vendicatione, in hæc verba, Nõ idem in eo quod applumbatum est, quia ferruminatio per eandem materiam facit confusionem, plumbatura vero non idem efficit. Plũbatura igitur est, quando plumbo massa massæ iungitur, ita vt iunctura plumbea cohæreat. Ferruminatio vero fit, si per eandem materiam massa massæ confunditur.

2008 Ministerio de Cultura

Plin. libro tricesimotertio, cap. quinto, vbi de glutinandis perficiẽdísque metallis, dicit aurum stagno ferruminari, his verbis, Chrysocollam aurifices sibi vendicant agglutinãdo auro, & inde omnes similiter vtentes appellatam dicunt. Tẽperatur autem ea Cypria ærugine, & pueri impubis vrina, addito nitro, teritur Cyprio ære, in Cypriis mortariis. Ita ferruminatur aurũ. Ferruminatur dixit, id est, alicui rei iungitur. Sic & idem Plinius ferruminat dixit, pro cõiũgit. Et decimosexto, vbi de calamis & arundine, Aut enim pro pluma strata cauponarum replet, aut vbi limosiore callo induruit: sicut in Belgis contusa & interiecta nauium commissuris ferruminat textus, glutino tenacior, rimísque explendis fidelior pice.

In eadem l. §. Si cui vascula argentea, vtputa lances quadratæ sint legatæ. Lanx à latitudine dicitur, vt quidam putauere, & est vas escarium. Horatius, -ne non & cantharus & lanx Ostendat tibi te. Et erat non solum lata, sed etiam caua, & ob id cauas lances dixit Martialis x I,

Sic implet gabatas paropsidásque,
Et leues scutulas, cauásque lances:
Hoc lautum vocat, hoc putat venustum,
Vnum ponere ferculis tot assem.

Erant autem lances maximæ, mediæ, & minimæ, vt inquit Iureconsultus, in l. Cui lãcẽ, hoc ipso tra-

2008 Ministerio de Cultura

ctatu. Et erant non ſolum quadratæ quædã vt hîc, ſed & rotũdæ aliæ: quod vel Horatii verſibus probari poteſt Sermonum ſecundo,

Vmber & iligna nutritus glande rotundas
Curuet aper lances, carnem vitantis inertem.

Planũ fit etiã ex verbis Pauli in l. Si in rem, ſuprà De rei vẽdica. in hæc verba, Quãuis & in vaſis occurrat difficultas, vtrũ lancem duntaxat dici oporteat, an etiam quadratam vel rotundam. Nos rotundis vtimur, & vulgo platum à latitudine dicimus, vt opinor. Quòd autem lanx vas ſit eſcariũ, adducor vt credam ex Iuuenalis in quinta,

Aſpice quàm magno diſtendat pectore lancem
Quæ fertur domino ſquilla, & quib' vndiq; ſepta
Aſparagis.

At vereor ne cui videar in re non dubia teſtimoniis vti minime neceſſariis. Ad alia pergã, ſi modo prius dixero, lances chryſendetas dici à Martiale, & etiam chryſendeta, lances aureis cruſtis illigatas & exornatas. Martialis in ſecundo,

Immodici tibi flaua tegunt chryſendeta muli.

De quibus cruſtis copioſius infrà dicemus. Catinum quoque vas eſcariũ dicimus, à capiendo dictum, & per diminutionem catillum deducunt. Horatius Sermonũ primo, -menſave catillum

Euandri manibus tritum deiecit ob hanc rem:
Aut poſitum antè mea quia pullũ in parte catini
Suſtulit eſuriens, minus hoc iucundus amicus
Sit mihi.

Quibus Horatii verbis vides Romanos

2008 Ministerio de Cultura

illos ſolitos catinis vti ad reponendos pullos, & alia obſonia, vt hodie platis vtimur. Piſces quoque catinis reponebãt, quod vel Horatii verſu planum fit Sermonum ſecundo,

Anguſtóque vagos piſces vrgere catino.

Catino autem vtebantur pauperiores, quod coniicio ex Horatii Sermonum primo,

-aſſiſto diuinis, inde domum me
Ad porri & ciceris refero, laganíque catinum.
Cœna miniſtratur pueris tribus, & lapis albus,
Pocula cum cyatho duo ſuſtinet, aſtat echinus
Vilis cum patera, guttus Campana ſupellex.

Eo enim fictili vtebantur antiqui. Iuuenalis in ſexta, -aut quis
Sympullum riſere Numæ, nigrúmque catinum,
Et Vaticano fragiles de monte patellas
Auſus erat. Eſt autem Sympullum, vt id obiter intelligas, vas fictile, quo in ſacris prolibabant ſacrificuli. Plin. libro XXXV. vbi de plaſtice, In ſacris quidem etiam inter has opes non murrhinis cryſtalliníſve, ſed fictilibus prolibatur ſympullis. Nec me fallit quoſdam viros, & eos doctiſſimos, legere apud Pliniũ ſympiniis ἀπὸ τοῦ συμπίνειν. Quod haud ſcio an cuiquam probare poſſint. Et fortaſſe dictum ſympullum, vt ampullã dicimus. Tullius III. de legibus, Excitabat enim flens in ſympullo, vt dicitur, Gratidius, quos poſt filius eius Marius in AEgæo excitauit mari.

2008 Ministerio de Cultura

Sympullum in antiquo marmore cum lituo ſic deſcriptum Romæ vidimus.

Marcus ſanè Tullius, qui iſta ignorare nõ potuit, vaſa illa quibus in ſacris Numam vſum fuiſſe cõſtat, capedines ac fictiles vrnulas vocat in eo libello qui παράδοξα inſcribitur. Verba autẽ Tullii hæc ſunt, ſiquis fortè requirat, Quid autẽ Numa Pompilius minúſne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles vrnulas fuiſſe, quàm Deliacas aliorum pateras arbitramur? Hactenus Tullius, qui in tertio de natura deorum capedunculas eas vocat, Docebo, meliora me didiciſſe de colendis diis immortalibus iure pontificio & more maiorum, capedũculis quas Numa nobis reliquit. Magida etiamnum inter eſcaria vaſa aſcribunt, cuius mentio apud Paulum in l. Seruus, ſuprà De condic. indebi. & à magnitudine dictam putant, cum à maza deducatur, vt quidam autumant, à qua & mazonomum dictum rentur, cuius meminit Horatius Sermonum ſecundo, -deinde ſecuti

Mazonomo pueri magno diſcerpta ferentes.

μάγις Græcum vocabulũ eſt, quo ſignificatur menſæ, quæ apponuntur & remouẽtur, authore Iulio

2008 Ministerio de Cultura

Polluce. Fenestella quoque, vt inquit Plini⁹, tympana, se iuuene, dicit appellata patinas & lances, quas antiqui magidas appellauerant. Est autem patina ab eo, quòd pateat, dicta, quã Iurecõsultus in l. Cũ de lanionis, suprà De fundo instructo, inter culinaria videtur adscribere, cum inquit, Patinæ & cacabi ad coquendum pulmẽtarium. Patinis vtique, nisi si in authorum obseruatione falsus sum, vtebantur non solum ad coquendum pisces, & cætera id genus, quod authore Plinio probatur libro vigesimotertio, vbi de fæce sapæ, Decoquitur, inquit, in patinis cum sale & adipe ad tumorẽ quoque maxillarum & ceruicum: sed etiã ferculi vice. Cum ferculũ dico, vas ad ferẽdum opsoniũ vel pulmẽtarium intelligo. Et nisi me & lectorẽ decipio, eadẽ patina vtebãtur & ad coquendũ, & ad ferendum opsonium, elixum præsertim. Horatius,

Siquis eum seruum patinam qui tollere iussus,
Semesos pisces tepidúmque ligurierit ius.

Idem Horatius Sermonum secundo,

Affertur squillas inter murena natantes
In patina porrecta.

Quibus certe locis patinam pro ferculo posuit Horatius. Iuuenalis autem in quarta, patinam rhombo coquendo extructam, taxat his verbis,

Quidnam igitur censes, conciditur? absit ab illo
Dedecus hoc Montanus ait, testa alta paretur,
Quæ tenui muro spatiosum colligat orbem:

2008 Ministerio de Cultura

Debetur magnus patinæ ſubitúſque Prometheus.
Argillam atq; rotam citius properate: ſed ex hoc
Tempore iam Cæſar figuli tua caſtra ſequantur.

Notatur & à Plinio in x.nat.hiſt. AEſopi patina, in qua poſuit aues cantu aliquo, aut ſermone vocales, nūmis ſex ſingulas coemptas. Vitellii quoque patinam ſcribit Trãquillus ab eo dedicatã, ac propter eius immenſam magnitudinẽ clypeũ Mineruæ, αἰγίδα πολιέχυ nuncupatã, in qua ſcarorũ iocinora, phaſianorũ & pauonum cerebella, linguas phœnicopterũ, murenarũ lactes, à Carpathio vſque, fretóque Hiſpaniæ per nauarchos ac triremes petitarũ. Huic autẽ patinæ faciẽdæ fornax in campis exædificata erat, quãdo eò peruenit luxuria, inquit Plinius lib. x x x v. vt etiã fictilia pluris conſtẽt quàm murrhina. Hãc patinã Vitellius in principatu ſuo condidit c c. ſeſtertiis. Murrhini vero pretium ab eodẽ Plinio ponitur lib. x x x v i i, Excreſcit indies eius rei luxus, murrhino l x x x. ſeſtertiis empto, capaci planè ad ſeſtarios tres calice. Vides vt vas murrhinũ prægrãde l x x x. h s emptũ, ſitque ſumma multò inferior ea quã in Patina ſtatuimus, quãto videlicet numerꝰ c c. octogenariũ ſuperat. Nec te moueat quòd apud Pliniũ libro x x x v. cap. x i i. in vulgatis codicibus ſic legitur, Nam nos cum vnam AEſopi tragœdiarũ hiſtrionis in natura auium diceremus ſeſtertiis d c. ſtetiſſe, non dubito indignaturos legentes.

2008 Ministerio de Cultura

Nã in antiquo codice legimus non ſeſtertiis D C. ſed ſeſtertiis cẽtum. Et in X. vbi de AEſopi patina, non legendum, ſexcẽtis ſeſtertiis taxata, ſed ſeſtertiis centum. Qui loci apud Pliniũ corrupti in cauſa fuere, vt viri alioqui doctiſſimi iſta nõ ſatis percepiſſe videantur. Quibus non danda eſt venia: nihil enim peccarunt qui diuinare non potuerunt: ſed habẽda eſt gratia, quòd nos incautos loci præcipitis admonuerint, & quaſi digito commonſtrarint, ne cum vulgo temerè iſtac præteruecti collaberemur. Propter illam porrò Vitellii patinã, Mutianus altero conſulatu ſuo in cõqueſtione exprobrauit patinarum paludes, alludens opinor ad Põtinas paludes. Cæterum à patina dicitur tripatinũ ſumma cœnarum lautitia, vna erat murenarũ, altera luporum, tertia myxonis piſcis, inclinatis iam ſcilicet moribus, vt tamẽ eos præferre Græciæ etiã philoſophis poſſimus: ſiquidem in Ariſtotelis hæredum auctione, L X X, patinas væniſſe traditur, authore Plinio. Patella quoque vas eſcariũ ad olera & pulmenta ponenda, quam Græci λεκανίδα vocãt. Iulius Pollux in ſexto, τὰς δὲ καλουμένας πατέλλας λεκανίδας ὀνομαστέον. Sic enim legendum apud Pollucem. Quod autem in patellis olera ponerẽtur, vel Horatii verſibus epiſtolarum primo ad Torquatũ probatur,

Si potes Archiacis conuiua recumbere lectis,
Nec modica cœnare times olus omne patella.

2008 Ministerio de Cultura

Et Martialis in quinto,

Ponetur digitis tenendus vſtis
Nigra coliculus virens patella.

Et Iuuenalis in quinta,

Ponitur exigua feralis cœna patella.

Quorum omnium teſtimoniis clarum eſt, credo, patellam paruam eſſe patinā quæ ab iſtis tum modica, tum exigua dicitur. Iulius Pollux recēſens vaſa eſcaria, τεύχη, & χεύματα vocat, quæ nos vaſa & vaſcula: κύκλοι, quos orbes & quadras dicimus: πίνακες, quas lances vocat Iureconſultus.

Quòd autem πίνακες ſint vaſa eſcaria, ex Athenæo videre eſt in quarto, cum ait, καὶ γὰρ τοὺς πίνακας ἐφ᾽ ὧν τὰς ὀψὰς περιφέρονται τοιούτους ἔχουσιν. Patinas & patellas, λεκάνας & λεκανίδας dicunt, niſi fallimur, vt notum ex prouerbio, οὐδὲ λεκάνη δελφῖνα χωρεῖν, cuius meminit Plutarchus in Lucullo.

Ad calcem iſtius legis vel capitis, ſi lubet ita vocare, Quemadmodum claui aurei & purpuræ. Legendum purpurei, ex vetuſti exemplaris fide. Sic enim & ipſi hūc locum citauimus in libello de re veſtiaria. Claui enim purpurei inſuebantur veſtibus, & maxime tunicis, ad eam ferè partē qua pectus tegebatur. Horatius Satyra ſeptima,

Et latum demiſit pectore clauum.

Non quòd reuera eſſent claui, ſed quòd viderētur clauorum purpurea capita ſupereminentia in tu-

2008 Ministerio de Cultura

nicæ superficie. Et vt huic nostræ cõiecturæ fidem habeamus, facit quod apud Athenæum in XI. legimus, vbi interpretatur hos Homeri versiculos πὰρ δέπας ἦν περικαλλὲς ὃ οἴκοθεν ἦγ' ὁ γεραιὸς χρυσείοις ἥλοισι πεπαρμένον. Ait enim, poetã dicere poculum illud, quam Nestorida vocat, fuisse aureis clauis suffixum: nõ quòd in poculo claui infixi fuerint, sed quòd ἐξοχὴ ἦν ὀλίγη καὶ οἱονεὶ κεφαλίδας ἥλων ἀποτελοῦσα, πεπάρθαι δὲ λέγεται τοὺς ἥλους ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος οὐχ' ὅτι ἔξωθεν πρόσκεινται καὶ πεπαρμένοι εἰσὶν, ἀλλ' ὅτι ἐμπεπαρμένοις ἐοίκασιν ἔξωτε ὀλίγῳ προέχουσι τῆς ἄλλης ἐπιφανείας ὄντες. Nostri vascularii eiusmodi pocula martellata vocant.

In capite, Etsi nõ sunt claui, nec aurea emblemata, quæ in parapsidib⁹ argẽteis essent. Legẽdũ cẽseo paropsidibus, quæ vasa sunt escaria in Iuuenale, Quàm multa magnáque paropside cœnat. Tranquillus in Galba, Et ordinario quidem dispẽsatori breuiariũ rationũ offerẽti, paropsidem leguminis pro sedulitate ac diligẽtia porrexisse. In vulgatis codicibus legitur parapsis, cũ vocabulũ Græcũ sit. παροψὶς enim à Græcis non solum pro vili opsonio, & iure, & etiam maza: sed pro escario, quod docet Iulius Pollux his verbis, τὰς μὲν παροψίδας, εἰ καὶ τὰ πλεῖστα χρῆσις ἐλέγχει τοὔνομα ἐπὶ μάζης, ἢ ζωμοῦ τινός, ἢ ἐπὶ ἐδέσματος εὐτελοῦς, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ ἀγγεῖον λεκτέον. & mox subdit, ἐν δὲ τῇ Ἀντιφάνους Βοιωτίᾳ σαφέστατα ἐπὶ τοῦ ἀγγείου ἐστὶν εἰρημένον. καλέσασα παρατίθησι ἐν παροψίσι βολ-

2008 Ministerio de Cultura

βοῦς. Athenæus quoque in nono ad principiū quærit, apud quem authorē παροψὶς ponatur pro vase, vt de re minime triuiali addubitans. Quòd vero, ἀντὶ παροψήματος ponatur, id est, pro opsonio, citat Aristophanem in Dædalo,

γάσαις γυναιξὶ δὲ ἑνός τε τοῦ φόρου
ὥσπερ παροψὶς μοιχὸς ἐνσκευασμένος
ἀντὶ δὲ τοῦ σκεύους. Citat eundem locum citatum à Iulio Polluce, ex cuius collatione legendum duxi apud Pollucem, καλέσασα non καλέσασα, vt passim legere est in vulgatis codicibus: & in altero βοιωτία, non βοιοτίω. Citat Alexim in Esione,

ὡς ἴδε τὴν ζάπεζαν ἀνθρώπους δύο
φέροντας εἴσω, ποικίλων παροψίδων.
κόσμον βρύουσαν, οὐκ ἔτι εἰς ἐμὲ βλέπων.

Argēteis autē addidit Iurecōsultus, quādoquidem fiebant & fictiles, quod vel è Martialis versibus intelligere est, cum paropsidem rubrā vocet in XI,

Cui portat gaudens ancilla paropside rubra
Alecem, sed quam protinus illa voret.

In eadem lege, Vel sigilla argentea. Sigilla sunt parua signa, quæ sunt simulacra ad effigiē alicuius vel dei, vel herois facta. Cicero in sexta in Verrē, Nego vllam gemmam, aut margaritam, aut quicquam ex auro, aut ex ebore factum, signum vllū æneum, marmoreū, eburneum: nego vllā picturā, neque in tabulis neque textilib⁹ fuisse, quin quæsierit, inspexerit, quod placitū sit abstulerit. Et in eadē,

2008 Ministerio de Cultura

Patella grandis cum sigillis simulacris deorũ effigiem. Et paulo post, Apposuit patellã in qua sigilla erant egregia, iste continuo vt vidit, nõ dubitauit illud insigne penatium hospitaliúmque deorũ ex hospitali mensa tollere. Sed tamen quod antea de istius abstinẽtia dixerã, sigillis auulsis reliquum argentum sine vlla auaritia reddidit. Vides vt quæ prius dixerat sigilla, vocet illud insigne penatium. Et in eadem, vbi de simulacro Herculis Agrigentini, Postea, inquit, conuulsis repagulis, effractísque valuis, demoliri signum ac vectibus labefactare conantur. Vbi Tullius signum vocat Herculis simulacrum: & sic accipiẽdum est in l. Titia, ad finem, in eodẽ, cũ ait, Iubeóque signũ dei ex libris cẽtum, in illa sacra æde & in patria statui. Quo in loco recte pro simulacro intellexit Accursius, non vt Hugut, nescio quis, qui ridicule satis signum dei pro cruce interpretatur. Illis igitur Ciceronis verbis planũ fit, vt opinor, signa & sigilla, simulacra vel deorũ vel alicuius alterius rei esse. Quæ sigilla vasis & scyphis illigabantur cælatorũ & vasculariorum artificio, qui scyphi ob id dicuntur sigillati à Marco Tullio in eadem oratione in Verrem, Cũ sederem, inquit, domi tristis, accurrit Venerius, iubet me scyphos sigillatos ad prætorẽ statim afferre. Sigillatos dixit, hoc est sigillis ornatos: Græci ἀγάλματα & ἀγαλμάτια dicũt, & ἴδη θεῶν, quæ nos signa & sigilla dicimus, nisi fallor.

2008 Ministerio de Cultura

Vasis aurei vel argentei sigillati, & emblematis ornati forma, qualis apud antiquos fuit.

2008 Ministerio de Cultura

Ornabantur etiã vaſa emblematis, dictis ἀπὸ τοῦ ἐμ-φιβλῆσθαι, quòd vaſis adiicerentur & reuellerẽtur, cũ libitum erat. De quibus dicere ſuperſedeo, quando de his copioſe tractauit G. Budæus in annota. Illigabãtur & aureis cruſtis vaſa, & eſt apud Paulum in l. Pediculis, infrà eodem, in hæc verba, Cymbia argẽtea cruſtis aureis illigata. Quarum cruſtarum meminit Tullius in ſexta, his verbis, Cybiratæ fratres vocantur, pauca improbant, quæ probarãt, iis cruſtæ aut emblemata detrahebantur: ſic Halũtini excuſſis deliciis cum argento puro domum reuerterunt. Hactenus Tullius. Vaſa pura dixit Iurecõſultus nõ cælata in l. Si in rem, ſuprà De rei vendicat. A cruſtis autem iſtiuſmodi dicti cruſtarii, quorũ artificio vaſa cruſtis illigabãtur. Plinius lib. XXXIII, Habuit & Teucer cruſtarius famam. Incruſtare quoque dicimus. Horat. Serm. primo, Syncerum cupimus vas incruſtare. Huiuſmodi vero cruſtarum mentio apud Iuuenalem,

-ipſe capaces
Heliadum cruſtas & inæquales beryllos
Virro tenet phialas.

Cæterum vaſa aureis cruſtis illigata, quod & ſuprà diximus, dicũtur à Martiale chryſendeta in ſexto,

Ponuntur ſemper chryſendeta Calpetiano,
Siue foris, ſeu cum cœnat in vrbe domi.

Dicuntur & lances chryſendetæ ab eodem in apophoretis.

2008 Ministerio de Cultura

Vasis aureis crustis illigati, ac cælati, siue chrysendetæ forma ex antiquis monimentis.



2008 Ministerio de Cultura

In eadem, Nec ſpeculum parieti affixum, quod intellige etiam ſi argenteũ fuerit. Fiebant enim ſpecula ex argento, vt ait Plinius libro triceſimotertio cap. I X, Laminas duci & ſpecula fieri, non niſi ex optimo poſſe creditum fuerat, id quoque iã fraude corrũpitur. Sed natura mira eſt imagines reddendi, quod repercuſſo aere atque in oculos regeſto, fieri conuenit. Fiebant quoque ſpecula ex ſtanno laudatiſſima, & Brunduſii temperabantur, donec argenteis vti cœpere & ancillæ. author Plinius libro X X X I I I I.

In eadem l. §. Argento facto, Trullas & pelues, &c. Trua vas vinariũ, ſic dictum quòd vſu teratur: vel vt alii putauere, à tranſuolãdo dicta, quòd per eam aqua tranſuolet. tamen falluntur qui vas aquarium dixerint. Erat enim vas vinarium, vt ex Horatio intelligere eſt his verſibus,

Qui Veientanum feſtis potare diebus
Campana ſolitus trulla, vappámque profeſtis.

Et Iuuenalis in tertia,

Si trulla inuerſo crepitum dedit aurea fundo.

Dicitur & trulleum vas quo manus perluũtur. author Nonius. Quod vero ſit vas vinariũ, probatur ex Tullio in ſexta in Verrẽ, vbi agit de trulla gẽmea Antiochi regis, his verbis, Erat etiã vas vinarium ex vna gemma prægrandi trulla excauata cum manubrio aureo. Quibus ſanè verbis luce clarius patet, eos nihil vidiſſe qui eam vas tantũ

2008 Ministerio de Cultura

aquarium confirmarint. Plinius quoque author est libro trigesimoseptimo, Titum Petroniũ consularem moriturum inuidia Neronis principis, vt mensam eius exhæredaret, trullam murrhinã nescio quot sestertiorum milibus emptam fregisse. Et mox subdit idem Plinius, Sed vero, vt par erat principem, vicit omnes, quadringentis sestertiorũ milibus capedinem vnam parando. Capedinem posuit pro vase vinario, quæ dicta videtur à capiẽdo, vt & capis & calpar. Huius autẽ capedinis meminisse videtur Plutarchus in libello De cohibenda iracundia, quo loco corrupta sunt exemplaria. Supradictorum autem vasculorum mentio est apud Nonium, quem vide: neque enim hoc tempore sententia est, omnia vasorum genera persequi, sed in aliud tẽpus, quo liberiore otio perfruemur, ista reiicimus: tantum lectorem admonitum volo, vt discat ex Ciceronis verbis, & Iurecõsulti scriptis ad finem istius capitis, antiquos gemmeis vasis vsos, vt regum nostrorum luxus cum antiquorum elegantia & lautitia comparatus, summa parsimonia, ne dicam frugalitas, esse videatur. Sed ad reliqua huiusce tractat⁹ vocabula explanãda properemus. Pelues. Nonnulli peluim à pelluẽdo dictã affirmant: alii à pedum lotione, inde pelluuium vas in quo pedes lauãtur: sic & malluuium vas in quo manus lauantur. Varro de lingua latina, Peluis pedes lauis, à pedum lauatione. Ego ve-

2008 Ministerio de Cultura

ro me memini legisse apud Iulium Pollucem in decimo, vbi tractat de vasis, in quibus abluũtur pedes, πέλλην dici à tragœdiis, τὴν λεκάνην. οἱ δὲ αἰολεῖς, inquit, vocãt πέλυκα μάλιστα τὴν ξυλίνην: nos vulgo gede dicimus. Sic & Raniot vas in quo pocula lauantur, quod Græci ὀλκαῖον & λουτήριον eodẽ authore vocant. Vide igitur lector optime, ne peluis Græcum sit, aut certe à Græca origine deductum: quia Græci dicunt & πέλλην & πέλυκα, nos peluim.

Repositoria quoque cõtinebuntur. Repositoria à reponendo dicta videntur, in quibus reponebantur mensæ, quæ fortasse inde trapezophora dicuntur. Reponere enim collocare est. Tullius in sexta in Verrem, Erãt ænea præterea duo signa non maxima, verum eximia venustate, virginali habitu atque vestitu, quæ manibus sublatis sacra quædã more Atheniensium virginum reposita in capitibus sustinebant, Canephoræ ipsæ vocabantur. Reposita dixit, hoc est, vt ego interpretor, collocata: & inde repositoria dicta, quibus vel mensæ, vel opsonia collocarẽtur. Plinius libro tricesimotertio, Iam vero & mẽsas repositoriis imponimus, & ad sustinenda opsonia interradimus latera. Mensarũ intellige. Plinius in eodem, capite vndecimo, Cornelius nepos tradit ante Syllæ victoriam, duo tantum triclinia Romæ fuisse argẽtea: repositoriis argentum addi sua memoria cœptum, Fenestella dicit, qui obiit nouissimo Tiberii Cæsaris principa-

2008 Ministerio de Cultura

tu: ſed & teſtudinea tum in vſum veniſſe. Ante ſe autem paulo lignea rotũda ſolida, nec multo maiora quàm menſas fuiſſe. Se quidem puero quadrata & compacta, aut acere operta, aut cedro cœpiſſe. Mox additum argentum in angulos lineáſque per cõmiſſuras. Cum vero Plinius ſolida dicat repoſitoria, damnantur inſcitiæ ii, qui pro loculis & recõditoriis interpretati ſunt, quos in præſentia nominare nõ eſt neceſſe. Illud vero in præſenti nõ omiſerim θύβην dici ab Athenæo in quarto repoſitorium, in quo lanx cum opſonio reponeretur. Verba autem apud Athenæum hæc ſunt, πίναξ δίπηχύς πυ τὴν διάμετρον ἐν θύβῃ κατακείμενος ἀργυρέᾳ, πλήρης ἰχθύων ὀπτῶν πάντα γένη συνηθεισμένον. Hoc eſt, Lanx dimentientis magnitudine bicubitalis in repoſitorio collocata argẽteo piſcium aſſatorum referta ex omni genere congregatorum. id genus repoſitoria vulgo chapeletz vocamus, eíſque vtimur ad ſuſtinendas lances, & diſcos. Plinius libro decimooctauo ad finem, Necnon & in conuiuiis menſíſque noſtris, vaſa quibus eſculentum additur, ſudorem repoſitoriis relinquentia, diras tempeſtates prænuntiant. Plinius vigeſimooctauo, capite ſecundo, Recedente aliquo ab epulis, ſimul verri ſolum: aut bibente conuiua, menſam vel repoſitorium tolli, inauſpicatiſſimum iudicatur.

In l. Etſi non ſunt claui· §· Argento facto, Et ideo

2008 Ministerio de Cultura

ſcutellas vel promulſidiaria cõtineri. Vaſa promulſidiaria dicuntur ea quibus promulſidem apponebant. Eſt autem promulſis quod vice mulſi dabatur conuiuis ad prouocandam auiditatem cibi. Huiuſmodi fortaſſis erant, artolagani, oleæ, & lucanica. Mulſum enim ex vetere vino factũ non implet ſtomachum, ſed appetentiam reuocat, & auiditatem cibi, vt docet Plinius libro vigeſimoſecundo, vbi de natura mellis. Sic enim promulſidem dici puto, vt proconſulem & proprætorem dicimus. Proarietẽ quoque dixit Cæſar in quarto Commentariorũ, pro eo inſtrumento quo vice arietis vtimur, ad adigendam materiã, his verbis, Et ad inferiorẽ partem fluminis obliquæ adigebantur, quæ proariete ſubactæ, & communi opere coniunctæ, vim fluminis exciperent. Quo loco obliquæ ſubſtãtiue poſitum credo. M. Tullius ad Papirium Pætum, Ad quem virum? non eum quem tu ſolitus es promulſide cõficere. Et paulo pòſt ſubdit, Dediſcendæ tibi ſunt ſportellæ, & artolagani tui. Artolagani confectionẽ docet Athenæus in tertio, his verbis, εἰς δὲ τὸ καλούμενον ἀρτολάγανον ἐμβάλλεται οἰνάριον ὀλίγον καὶ πέπερι, γάλακτι καὶ ἔλαιον ὀλίγον ἢ στέαρ. Eſt autem panis genus quod & vulgo nomen retinet. M. Tullius ad eundem Papirium Pætum, oleas & lucanica promulſidis loco numeraſſe videtur, in hæc verba, Neq; eſt quod in promulſide ſpei ponas aliquid, quam totam ſuſtuli:

2008 Ministerio de Cultura

ſolebã enim antea delectari oleis & lucanicis tuis. Hactenus Tullius. Mulſum autem an ſit id quod Græci οἰνόμελι dicũt, dubitari poteſt, propterea quòd Iurecõſultus Vlpianus in l. Si quis vinũ legauerit, ſuprà De tritico, vino vel oleo legato, aliud mulſum eſſe, aliud œnomeli poſuiſſe videatur, cũ ait, Sed ſi mulſum ſit factum, vini appellatione non cõtinebitur proprie. Subdit enim, OEnomeli planè, id eſt dulciſſimum vinum, continebitur. Idem etiam Vlpianus in l. Idem Pomponius ſcribit, ſuprà De rei vendicatione, aſſeuerare videtur, mulſũ eſſe ſpeciem diuerſam à vino, cum ait, Idem ſcribit ſi ex melle meo, & ex vino tuo factum ſit mulſum, quoſdam exiſtimaſſe id quoque communicari. Sed puto verius, vt & ipſe ſignificat, eius potius eſſe qui fecit: quoniam ſpeciem priſtinam nõ retinet. Quod & Iuſtiniano probari videtur, in §. Cum ex aliena, De rerum diuiſione. Quin & Plinius libro vigeſimoſecundo, vbi de natura mellis, mulſum pro cibi genere videtur poſuiſſe, cum ait, Multi ſenectam longam mulſi tantum nutricatu tolerauere. Subdit enim, Neque vllo alio cibo, celebri Pollionis Romuli exẽplo: quem cẽteſimum annum excedentem, cum diuus Auguſtus hoſpes interrogaret, quanam ratione maxime vigorem illum animi corporíſque cuſtodiſſet: ille reſpõdit, Intus mulſo, foris oleo. Proculus quoq; in l. Qui vinum Surẽtinum §. Cui dulcia, annumerat mul-

2008 Ministerio de Cultura

ſum, vuas, ficus & palmas: itémque paſſum & defrutum, inter ea quæ dulcium legato cedūt, ac potius conditura loco ſunt, quàm vini. Huius ſententiæ Paulus etiam fuiſſe videtur in libro reſponſorum & ſententiarum receptarum. οἰνόμελι, authore Dioſcoride, σκευάζεται πρὸς δύο μετρητὰς οἴνου αὐστηροῦ καὶ παλαιοῦ ὡς ἐπὶ πολὺ, ἑνὸς μετρητοῦ μέλιτος μιγνυμένου. & differt à melitite, quod fit è muſto, cum quinque congiis auſteri muſti, & mellis congio, & ſalis cyatho. Plinius de vinis factitiis, quæ ſumpſiſſe videtur ex Dioſcoride περὶ μελιτίτου οἴνου ferè ad verbum. Quibus verbis planū fit οἰνόμελι dici mulſum à Plinio: cum ait, Diſtat à mulſo, quod dicit Dioſcorides, διαφέρει δὲ τοῦ οἰνομέλιτος. Quod ſi verum eſt, malim ſuſpicari locum mendoſum apud Vlpianū, quàm virum doctiſſimum ſimul & ὀνοματοθήραν, vt inquit Athenæus in tertio, ignorationis coarguere.

In eadem § Infecti, ad finē, Certe ſi caccabos argenteos. Hiſce Iureconſulti verbis probatur, caccabos & ſartaginē eſſe vaſa culinaria. Caccabus autem Græcū eſt. Athenæus in quarto ex Antiphanis paraſito,

Εἶτα οὐκ ἂν εἴποις κάκκαβον λέγω
σὺ δ' ἴσως ἂν εἴποις λοπάδ' ἐμοὶ τ' οὔνομα
οἴει διαφέρειν εἴτε κάκκαβόν τινες
χαίροντες ὀνομάζουσιν, εἴτε σίττυβον,
πλὴν ὅτι λέγεις ἀγγεῖον οἶδα.

Caccabos & patinas inter culinaria vaſa adſcribit

2008 Ministerio de Cultura

Paulus in l. Cum de lanionis, suprà De fundo instructo. Sunt & alia eius generis vasa apud Latinos, aula siue olla, ad pultem & olera coquenda, quod vel prouerbio manifestum fit, celebrata Catullo, Ipsa olera olla legit: tum etiam ex Iuuenalis versiculo Satyra decimaquarta,

Et grandes fumabant pultibus ollæ.

Annumerantur & ista, lebes, ahenum, tripus, patella, frixorium, craticula, mortarium, & pistillum. Vasa etiam coquinaria apud Iulium Pollucē hæc didicimus, χύτρας, χυτρίδια, χυτρίδας, λοπάδας, λοπάδια, ἐχίνους, ἐχινίσκους, χάλκια, χαλκίδια, ἐσχάρας, ἐσχαρίδας, λέβητας, λεβήτια, λεβητάρια. καὶ ὀβελοὺς, καὶ ὀβελίσκους. Quæ verucula dicere possumus ex Plinio libro trigesimo tertio, his verbis, Ex eo sublata veruculis ferreis, atque ipsa flamma conuoluitur veruculo, vt sit modici ponderis. Vbi Plinius veruculū dixit, vt Græci ὀβελίσκον. λοπάδα vero & λοπάδιον sartaginē dicimus, vt opinor. Nos vulgo Galli la poalle, vt vocabuli Græci nō leuiter pressa vestigia retinere videamur, vsqueadeo Galli sunt φιλέλληνες. Illam vero quam chauferettam dicimus, Iulius Pollux, quem potissimum in his sequimur authorem, πύραυνον dicit & πυρφόρον: apud nos dicta videtur ἀπὸ τοῦ καῦμα φέρειν, Chauferette. Sed de his satis. Ridebūt enim, vt video, istum meū Gallicarū dictionū ἑλληνισμὸν Germani simul & Itali: sed rideant, modo valeamus. Cæterū quòd hic miliarii Iurecōsult⁹ meminerit,

2008 Ministerio de Cultura

torquere potuit vel mediocriter doctos, non solū Accursio tenebras offundere. Cuius interpretationem non sine risu fateor me legisse. Sed illi viro vt temporibus illis non imperito Iuris ac legum, illorum temporum infœlicitas obfuit, quibus omnia barbaries Gotthica occuparat. Miliarium igitur vas erat ad parandam aquam calidam, quam & caldam vocat Martialis,

Caldam poscis aquam, sed nōdum frigida venit.

Quod vero hic miliariū vocat Pomponius, Paulus in l. Cū de lanionis, æneum appellat, quod supra focum pendet, in quo aqua ad potandum calefit. Quo in loco puto legēdum ahenum ex Horatii epistolarum secundo, -emptis

Sub noctem gelidam lignis calefactat ahenum.

Quod autem sit vas ad parādum aquæ caldæ potum, docet Athenæus in tertio his verbis, τὸ μιλιάριον καλούμενον ὑπὸ ῥωμαίων τὸ εἰς θερμοῦ ὕδατος κατεργασίαν κατασκευαζόμενον. Quod vas nonnulli Græcorū verborum artifices ἰπνολέβητα appellarunt, eodem authore Iulio. Pollux in decimo, vbi tractat de his vasis, in quibus calefit aqua, sic ait, ἵνα μὲν τὸ ὕδωρ θερμαίνηται θερμαντῆρες, θερμαυστρίς, θερμασίς, χαλκία θερμαντήρια, ἰσχαρίδες, λέβητες, λεβητάρια, ἰπνολεβήτια. Nos hoc vltimum miliaria vertere possumus, vt opinor. Miliarii etiam mentio est in ἐπιγραμμάτων secundo. Cuius extat haud incōditum epigramma, ipsi Latinum fecimus incondite fortasse, sed tamen

2008 Ministerio de Cultura

vt poſſit intelligi,

Ex ære emiſti miliarion Heliodore
Qui perflat Thracas frigidius Borea.
Ne ſuffles ignes, tu fumum ſtulte laceſſis,
Tempus in æſtiuum baucalim hanc habeas.

Ἠγόρασας χαλκοῦν μιλιάριον Ἡλιόδωρε
Τοῦ πνέοντα τὴν θρᾴκην ψυχρότερον βορέου.
Μὴ φύσα, μὴ κάμνε, μάτην τὸν καπνὸν ἐγείρεις
Εἰς δὲ θέρος χαλκὴν βαύκαλιν ἠγόρασας.

Miliarii etiamnum meminit Palladius.

In eadem § Perueniamus ad gemmas. Cedant igitur gēmæ phialis vel lancibus incluſæ auro argentóve. Phiala eſt quam Græci φιάλην vocant: dictam putant, quaſi πιάλην, κατ᾽ ἀντιστοιχείαν, ἢ τὸ πιεῖν ἅλις παρέχουσα, μείζων γὰρ τοῦ ποτηρίου. Apud Athenæum legimus & phialium, φιάλιον χρυσοῦν in 5, his verbis, διὸ καὶ φίλιππον τὸν τοῦ μεγάλου βασιλέως ἀλεξάνδρου πατέρα, φησὶ δοῦρις ὁ σάμιος φιάλιον χρυσοῦν κεκτημένον ἀεὶ τοῦτ᾽ ἔχειν κείμενον ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον. Hoc eſt, Quocirca Philippum quoque illum, qui regem magnum Alexādrum progenuit, refert Duris Samius, cum auream phialam haberet, ſemper illam ſub puluino tenuiſſe repoſitam. Quam tamen ipſam phialam Plinius libro trigeſimotertio, poculū aureum vocat. verba ipſa Plinii adſcribam, vt obiter locus ille mendoſus emaculetur, Summæ apud exteros licētiæ fuerat, poculo aureo puluino ſubdito, Phi-

2008 Ministerio de Cultura

lippum regem dormire solitũ: Agnonem Teium Alexandri Magni præfectũ aureis clauis suffigere crepidas. Sic enim legendum apud Plinium non Agonẽtium, vt in quibusdam, & in aliis Agonem Teium. Quod vel doctissimi Plutarchi authoritate confirmari potest, cum ait in Alexandri Magni vita, ὥστε ἄγνωνα τὸν τήιον ἀργυροῦς ἐν ταῖς κρηπῖσιν ἥλους φορεῖν. Quo in loco aduertẽdum est, Plutarchũ dixisse clauos illos fuisse argẽteos, cum Plinius dicat eos aureos. Et sententiæ Plinii adstipulatur Athenæus in duodecimo his verbis, ὧν εἷς ὢν καὶ ἄγνων χρυσοῦς ἥλους ἐν ταῖς κρηπῖσιν καὶ τοῖς ὑποδήμασιν ἐφόρει. Quorum vnus Agnon cum esset, aureos clauos in soleis & calceamentis gestabat. Vides vt aureos clauos dicat χρυσοῦς ἥλους, quos Plutarchus dixit ἀργυροῦς argenteos. Quocirca vel diuersos à Plinio & Athenæo authores secutus est Plutarchus, vel etiã quod doctissimis viris interdum conceditur, μνημονικὸν ἁμάρτημα fuit, quòd ἀργυροῦς conscripserit χρυσοῦς. Vtcunque sit, certe constat inter ipsos authores illum Alexandri Magni præfectũ Agnonem fuisse appellatum, patria Teium, vt nihil amplius de Plinii lectione dubitari possit. Illud quoque adiiciã ex Plutarcho in Artoxerxe, καθ' ὁδὸν αὐτουργὸς ἄνθρωπος οὐδὲν ὢν ἕτερον φθάσας εὑρεῖν τῷ ποταμῷ προσέφερεν, καὶ ταῖν χεροῖν ὑπολαβὼν τοῦ ὕδατος προσῴρεξεν, ἡσθεὶς ὁ ἀρτοξέρξης φιάλην ἔπεμψε αὐτῷ χρυσῆν καὶ χιλίους δαρεικούς. Idẽ Plutarchus Alexandri Magni liberalitatẽ demon-
2008 Ministerio de Cultura

ſtrat in ipſius vita, his verbis, Alexander κοινὸν τῶν προγεγαμηκότων μακεδόνων γάμον ἐπιτελέσας, ἐν ᾧ φασὶν ἐνακισχιλίων τῶν παρακεκλημένων ἐπὶ τὸ δεῖπνον ὄντων, ἑκάστῳ χρυσῆν φιάλην πρὸς τὰς σπονδὰς δοθῆναι.

In eadem, In margaritis. Margarita à Græcis ὁ μαργαρίτης dicitur. Theophraſtus apud Athenæum in tertio, τῶν θαυμαζομένων δὲ λίθων ἐστὶ καὶ ὁ μαργαρίτης καλούμενος, διαφανὴς μὲν τῇ φύσει. Eorum lapillorum qui in admiratione habentur, eſt & margarita dicta, natura quidem pellucida. Cætera quoque ad margaritarum originem ſpectantia perſequitur Athenæus diuerſis authoribus citandis. Quã melius noſcere eſt ex Plinio in nono. Cuius verba adſcribam, ſimul vt intelligantur ea quæ ſcripta ſunt à Iureconſulto in l. Pediculis, ad finem, infra eodem, vbi de elenchis, cylindris & tympanis, vocabulis Accurſio incognitis agitur: ſimul vero etiã, vt interim nonnulli Plinii loci à nobis in illo capite veræ ac germanæ lectioni reſtituãtur, ea ſunt capite trigeſimoquarto, Principium ergo columénque omnium rerum pretii margaritæ tenẽt. Indicus maxime has mittit oceanus. Inter illas beluas tales tantáſque, quas diximus, per tot maria veniẽtes, tam longo terrarũ tractu, è tantis ſolis ardoribus, atque Indicis quoq; inſulis petũtur, & admodũ paucis. Fertiliſſima eſt Taprobane & Toidis, vt dixim⁹, in circuitu mũdi. Itẽ Perimula pro-

LL.ii.

2008 Ministerio de Cultura

montorium Indiæ. Præcipue autem laudantur circa Arabiã in Persico sinu maris rubri. Origo autem atque genitura, concha est haud multũ ostrearum conchis differens. Has vbi genitalis anni stimulârit hora, pandentes sese quadam oscitatione impleri roscido cõceptu tradunt, grauidas postea eniti, partúmque concharum esse margaritas pro qualitate roris accepti: si purus influxerit, cãdorẽ conspici: si vero turbidus, & fœtum sordescere: eundem pallere, cœlo minante conceptũ: ex eo quippe constare, cœlíque eis maiorem societatem esse quàm maris: inde nubilum trahi colorẽ, aut pro claritate matutina serenum. Si tempestiue satientur, grandescere & partus. Si fulguret, cõprimi conchas, ac pro ieiunii modo minui. Si vero & tonuerit, pauidas ac repente cõpressas, quæ vocant physemata efficere, speciem vero inani inflatam sine corpore, hos esse concharũ abortus. Sani quidem partus multiplici cõstant cute, non improprie callũ vt existimari corporis possit, itaque & purgãtur à peritis. Miror ipso tantum eas cœlo gaudere, sole ruffescere, candorémque perdere vt corpus humanum. Quare præcipuum custodiunt, pelago altius mersæ, quàm vt penetrent radii. Flauescunt tamen & illæ senecta, rugísque torpescũt, nec nisi in iuuenta constat ille qui quæritur vigor. Crassescũt etiam in senecta, conchísque adhærescunt, nec iis auelli queunt nisi lima, quibus vna tantum est fa-

2008 Ministerio de Cultura

cies,& ab ea rotũditas,auersis planities, ob id tympana nominãtur. Cohærẽtes videmus in conchis hac dote vnguẽta circunferẽtibus. Cæterũ in aqua mollis vnio,exemptus protinus durescit. Concha ipsa cum manum videt, cõprimit sese, operítque opes suas,gnara propter illas se peti:manúmque si præueniat,acie sua abscindit, nulla iustiore pœna, & aliis munita suppliciis: quippe inter scopulos pars maior inuenitur,sed in alto quoque comitantur marinis canibus: nec tamẽ aures fœminarum arcẽtur. Quidã tradunt sicut apibus,ita concharũ examinib⁹ singulas magnitudine & vetustate præcipuas esse veluti duces, miræ ad cauendum solertiæ: has vrinantiũ cura peti:illis captis,facile cæteras palantes retibus includi:multo deinde obrutas sale in vasis fictilibus, erosa carne omni, nucleos quosdã corporũ, hoc est vniones decidere in ima. Vsu atteri non dubiũ est,colorémque indiligentia mutari. Dos omnis in cãdore,magnitudine,orbe, leuore, pondere, haud promptis rebus,in tantũ vt nulli duo reperiãtur indiscreti:vnde nomen vnionum Romanæ scilicet imposuere deliciæ. Nam apud Græcos non est,nec apud barbaros inuẽtores eius aliud quàm margaritæ. Est in cãdore ipso magna differẽtia. Clarior in rubro mari repertus. Indicus speculariũ lapidum squamas assimilat, aliàs magnitudine præcellens. Summa laus coloris est exaluminatos vocari. Et procerioribus sua gratia

2008 Ministerio de Cultura

est. Elenchos appellant fastigiata longitudine, alabastrorum figura in pleniorem orbem desinentes. Hactenus Plinius. Nostri poyrettẽ vocant. Et elẽchorum meminit Iurecõsultus in l. Pediculis §. finali hoc tractatu. Cum autem ait Plinius, Et procerioribus sua gratia est: de illis fortasse sentire videtur, quos cylindros Paulus vocat in l. Pediculis ad finem, in eodem. siquidem cylindri lapilli sunt teretes & oblongi atque volubiles, instar eius columnæ qua vtimur æquandis areis. Qui cylindri fiebãt & ex aliis lapillis. Plinius libro trigesimoseptimo, vbi de beryllis, Indi mire gaudent longitudine eorum. Et mox subdit, Ideo cylindros ex iis facere malunt quàm gemmas: quoniã est summa commendatio in longitudine. Hactenus Plinius. Quibus Plinii verbis intelligere est, cylindros & elenchos in eo differre, quòd elenchi sint fastigiatæ lõgitudinis: cylindri vero proceritatis æqualiter orbiculatæ. Quod si verum est, noster Sipontinus ista non satis percepisse videtur. Cylindrorũ meminit & Iuuenalis,

Tu nube atque tace, donant arcana cylindros.

Cylindros, hoc est lapillos teretes & oblõgos. Habes etiã ex suprà scriptis Plinii verbis de tympanis, quorũ meminit Paulus in l. Pediculis. Cæterũ quod Plinius dicit, fieri cõcharũ abortus si tonuerit, efficeréque ea quæ physemata appellãt, contrà sentit Athenæus in tertio his verbis, φασὶ δ' ὅταν

2008 Ministerio de Cultura

βρονταὶ συνεχεῖς ὦσι καὶ ὄμβρων ἐκχύσεις, τότε μᾶλλον τὴν πίνναν κύειν, καὶ πλείστην γίνεσθαι μαργαρίτην καὶ εὐμεγέθη. Aiunt autem ſiquãdo tonitrua continua fuerint, pluuiarúmque effuſiones, tunc maxime conchas concipere, grauidáſque fieri, & eo ipſo tẽpore multas atque adeo permagnas fieri margaritas. Quo loco videntur duo iſti, Plinius & Athenæus, diuerſos authores ſequuti.

In eadẽ, quia cõcha apud rubrũ mare & creſcit & coaleſcit, conchã pro quadã ſpecie margaritarũ accipit Accurſius. Nos verò cum Plinio dicimus margaritas in concha naſci, quarũ clariores inueniuntur in rubro mari, eodem Plinio authore.

In eadẽ·§·Murrhina autẽ vaſa. Oriẽs murrhina mittit: inueniuntur enim ibi in pluribus locis, nec inſignibus Parthici regni, præcipua tamen in Carmania: humorem putant ſub terra calore denſari. Amplitudine nuſquã paruos excedũt abacos, craſſitudine rara, quãta dictũ eſt vaſi potorio. Splẽdor his ſine virib9, nitórque verius quàm ſplẽdor. Sed in pretio varietas colorũ, ſubinde circũagẽtibus ſe maculis in purpurã, cãdorémq; & tertiũ ex vtroq; igneſcentẽ, veluti per tranſitũ coloris purpura, aut rubeſcente lacteo. Quas maculas videre eſt in illo piſce, qui murena dicitur, vt nos vir illuſtriſſimus ſimul & doctiſſimus docuit Ianus Laſcaris, quem qui digne laudare volet, omnes omnium qui ſunt quíque fuere, laudes colligat, & in eum congerat,

2008 Ministerio de Cultura

ſic tamen vt fateatur illius ipſius virtutes verbis aſſequi non potuiſſe. Aliqua & in odore commendatio eſt. author Plinius. Primus Pompeius Magnus, Mithridate victo, ſex pocula murrhina Ioui Capitolino dicauit, ſi Plinio credimus. Auguſtus ex Alexandria capta, nihil ſibi præter vnum myrrhinum calicem ex inſtrumēto regio retinuit. author Tranquillus. Sunt & cryſtallina, quorũ meminit Iurecõſultus in l. tertia De ſupellectili legata. Cryſtallum fieri aiunt gelu vehementiore concreto, argumento eſſe, non aliubi reperiri, quàm vbi hybernæ niues maxime rigent, glaciémque eſſe, vnde nomen Græci dederunt. Ex cryſtallo vas amphorale viſum eſt, authore Xenocrate. Plinius etiam author eſt aſyntheta vocari vaſa cryſtallina, pura, ſine vna macula & vitio: vitia enim artifices cælatura occultant. Cryſtallinorum ſimul & myrrhinorũ meminit Iuuenalis in ſexta, quo loco pro vaſis potoriis poſuiſſe videtur,

Grandia ponuntur cryſtallina, maxima rurſus
Myrrhina, deinde adamas notiſſim⁹, & Berenices
In digito factus pretioſior.

Martialis in tertio vtrorúmque meminit, his verbis,

Opimianum morionibus nectar
Cryſtalliniſque myrrhiniſque propinat.

Idem in decimo, cryſtalla pro cryſtallina dixit,

Candida ſetini rumpat cryſtalla trientes.

Quo loco Martialis triētem poſuit non pro vaſe,

2008 Ministerio de Cultura

vt quidam putauere, ſed pro vini modo & menſura in calice poſiti. Trientem enim dixit pro quatuor vini cyathis. Sic & ſextantem pro duobus, & deuncem pro vndecim cyathis poſuit in illo verſiculo, Poto ego ſextantes, tu potas Cinna deũces. Sic & quincuncem pro quinque. Nos hodie ad antiquorum morem vinum miſcemus in calicibus vitreis, non ad cyathorum numerum, ſed ad quatuor vel quinque digitorũ craſſitudinẽ: quorũ pollex pedis iuſti menſura eſt, vt minimum quantum à maiorũ obſeruatione deflexiſſe videamur. Decuſſem etiamnum dicebant Romani, non ſolũ pro decem aſſibus, ſed etiam pro numero denario, vt ex Vitruuio intelligere eſt: à qua decuſſe decuſſare dixere, rem aliquam diuidere in eam notam, quæ decem apud Latinos ſignificat: ea autem eſt ferè ſimilis illi, quæ apud Græcos χ dicitur. Quod vt verum eſſe credam, facit quod à nobis ſtudioſe obſeruatum eſt, ex Platonis & Ciceronis collatione. Plato enim in Timæo ſic ait, ταύτην οὖν τὴν ξύστασιν πᾶσαν διπλῆν κατὰ μῆκος σχίσας μέσην πρὸς μέσην ἑκατέραν ἀλλήλαις, οἷον χ. προσβαλὼν κατέκαμψεν εἰς κύκλον. Quæ ferè ad verbum ita vertit Marcus Tullius in libello de vniuerſitate, ſi tamen eſt germanus Ciceronis: ſunt enim viri doctiſſimi qui addubitent. Ille porro quiſquis eſt, qui libellum de vniuerſitate cõſcripſit, ita ex Platone vertit, Hanc igitur omnem coniunctionem duplicem in longitudinem diffi-

2008 Ministerio de Cultura

dit, mediǽque accommodans mediam quasi decussauit. Quo sanè loco author ille, quicũque fuit is, decussauit dixit, hoc est, in figuram x cõposuit, quæ figura apud Latinos decẽ significat. Cuius figuræ dimidiata pars, V, quinariũ, atque adeò quincũcẽ notat: quod nõnulli pro instrumento fabrorum positum asseuerãt, quam vulgo schierrã Galli vocant, vt nos admonuit Victor Faustus quinqueremis instaurator. Et sic quoque videtur intelligendus Plinii locus libro XVIII. vbi de limitatione agrorum, his verbis, Diximus vt in media linea designaretur vmbilicus. Per hunc medium transuersa currat alia: hæc erit ab exortu æquinoctiali ad occasum æquinoctialem. Et limes qui ita secabit agrũ, decumanus vocabitur. Ducãtur deinde aliæ duæ lineæ in decusses obliquæ, ita vt à septẽtrionis dextra læuáque ad austri dextrã læuámque descendant. Omnes per eundem currant vmbilicum. Et vt ponatur aliquid quod pateat latius, sit linea A, in media cuius sit vmbilicus B, per quẽ ducatur linea C trãsuersa ad rectos angulos in crucis figuram, quæ linea vocetur decumanus: deinde à dextera læuáque ducãtur duæ lineæ D E in figuram crucis Burgũdiæ: quæ à Plinio dicuntur decusses obliquæ, propterea quòd eam formam obtineant quæ decem signat, vt liquet ista figura.





Quòd ſiquis ex illa figura quæ decem notat, mediam partem tollat, manebit iſta figura, quæ quinarium numerum atque adeò quincuncem demonſtrat.

Et niſi fallor, arborũ ordines dicuntur in quincũcem digeſti, quãdo ſecũdi ordinis arbores ad primas paribus interuallis ſic diſponuntur, vt figurã quincũcialem ſeruare ad inuicem videantur.



Sit ergo primus arborũ ordo A B C D: in ſecundo ordine ſic arbores collocandæ ſunt, vt E F G, eodem interuallo diſtent à proximis quibuſque. Verbi cauſa, E eodem interuallo diſtet ab A & B quo diſtent inter ſe. Quod fieri non poteſt, niſi æqualiũ laterũ trianguli ſeruata ratione, quod & in cunctis ordinibus ſeruandum eſt: & ſiquis diligẽter inſpiciat figuram quincuncialem, vbique videbit: quod fieri nequit, niſi obliqui ſint ordines: directe tamen current. Cæſar Commentariorum ſeptimo, Ante hos obliquis ordinibus in quincuncem diſpoſitis ſcrobes trium in altitudinem pedum fodiebantur. Quare falli videntur, qui id directis ordinibus fieri putarint. Quintilianus libro octauo, cap. III, Quid enim illo quincũce ſpecioſius, quid in quãcũque partem ſpectaueris rectius? Sed protinus in id quoque prodeſt, vt terra ſuccum æqualẽ trahat.

2008 Ministerio de Cultura

Virgilius in ſecundo Georgicorum,

Non animũ modo vti paſcat proſpectus inanem,
Sed quia non aliter vires dabit omnibus æquas:
Terra nec in vacuum poterunt ſe extendere rami.

Fiebãt & deltaria cryſtallina & onychina, ex cryſtallo & eo lapide qui onyx dicitur. Quo in genere epiſtolæ amatoriæ conſcribebantur à Cleopatra AEgypti regina ad Antonium Imperatorem, vt aſſeuerat Plutarchus in Antonio, his verbis, δικάζοντα δὲ πολλάκις τετραρχίαις καὶ βασιλεῦσι ἐπὶ βήματος δελτάρια τῶν ἐρωτικῶν ὀνύχινα καὶ κρυστάλλινα δέχεσθαι παρ' αὐτοῖς, καὶ ἀναγινώσκειν. In l. In argento, veluti columna & vrceoli. Quid, malùm, ſit columnariũ, neſcire me fateor: neq; vero pro vaſe memini me alicubi legiſſe: quin ſuſpicor mendum eſſe, legendúmque colum niuarium, ex Martiale in apophoretis in illo diſticho, cui lemma colum niuarium,

Setinos moneo noſtra niue frange trientes,
  Pauperiore mero tingere lina potes.

Colum igitur niuarium vas erat, quo aqua ex niuibus colari ſolebat. Nos hodie colo vtimur ad lac colandum: & eſt vas ligneum quod fundũ linteum habet ei annexum, & coulouer vulgo dicitur. Vtebantur autẽ Romani & ſacco niuario, quo liquidius merum potarẽt, & erat lineus. Martialis,

Attenuare niues norunt & lintea noſtra:
  Frigidior colo non ſalit vnda tuo.

Idem Martialis XII,

2008 Ministerio de Cultura

-& vt liquidum potet alauda merum,
Turbida ſollicito tranſmittere cecuba ſacco,
Atque inter menſas ire redire ſuas.

Plinius libro XXIIII, Nitroſæ aut amaræ aquæ polenta addita mitigantur, vt intra duas horas bibi poſſint. Qua de cauſa & in ſaccos vinarios additur polenta. A ſacco ſacculus numorum repoſitoriũ. Vlpianus in l. Sed etſi quid, ſuprà De vſufructu, ſi vero ſimul in ſacculo ſoluit, nihil fecit accipientis. Iuuenalis XIIII,

Interea pleno cum turget ſacculus ore.

Et Catullus,

Planus ſacculus eſt aranearum.

A ſacculo ſacculari dicti, quorũ mentio apud Iureconſultos in tractatu De extraordinariis criminibus. Quo ſanè vocabulo quidam ſignificari cenſuere eos qui à Græcis βαλαντιοτόμοι dicuntur. Id haud ſcio quàm recte, homines vtique ſic dicti, qui è ſacculo partem ſubducebant, & partem auferebant, quantum ex contextu verborum Iureconſulti deprehẽdere potuimus. Quid ſi ii notantur, qui mirifica digitorũ agilitate, atque adeo dexteritate quadã oculos ſpectantium perſtringunt, quos gobeletarios dicimus? Et fortaſſe ſunt ii, quos Græci βαλαντιοκλέπτας dicunt. Quod autem aqua ex niue antiqui vterentur, vel Martialis diſticho probari poteſt,

Non potare niuem, ſed aquam potare rigentem.

2008 Ministerio de Cultura

De niue commenta est ingeniosa sitis.

Quã aquã ob id niueã vocat idẽ Martialis in XI,

Nec nisi post niueam cecuba potat aquam.

Athenæus quoque in tertio citat versus Alexis ἐν μανδραγοριζομένῃ: qui quoniam visi sunt lepidissimi, mihi temperare non potui quin adscriberem:

Εἶτ' οὐ περίεργόν ἐστιν ἄνθρωπος φύσει.
ὑπ' ἐναντιωτάτοις τε, πλείστοις χρώμενον.
Ἐρῶμεν ἀλλοτρίων, παρορῶμεν συγγενεῖς.
Ἔχοντες οὐδὲν εὐποροῦμεν τοῖς πέλας.
Ἐράνους φέροντες οὐ φέρομεν ἀλλ' ἢ κακῶς.
Κἀκ τῆς τροφῆς δὲ τῆς καθημέραν πάλιν.
Γλιχόμεθα τὴν μᾶζαν, ἵνα λευκὴ παρῇ.
Ζωμὸν δὲ ταύτῃ μέλανα μηχανώμεθα
Τὸ καλὸν δὲ χρῶμα δυσποιῷ χρώζομεν.
Καὶ χιόνα μὲν πίνειν παρασκευάζομεν
Τὸ δ' ὄλον ἐὰν μὴ θερμὸν ᾖ διασύρομεν.
Καὶ τὸν μὲν ὀξὺν οἶνον ἐκπιτύζομεν
Ἐπὶ ταῖς ἀβυρτάκαισι δ' ἐκβακχεύομεν.
Οὐκοῦν ὑπὸ πολλοῖς τῶν σοφῶν εἰρημένον.
Τὸ μὴ γενέσθαι μὲν κράτιστον ἐστ' ἀεὶ
Ἐπὰν γένηται δ' ὡς τάχιστ' ἔχειν τέλος.

Vrceoli. Vrceus cuius diminutiuum vrceoli, vas aquarium, vt tamen vrceus esset vas ad frigidam, vrceoli ad caldã. Inde vrceoli ministratorii apud Martialem,

Frigida non desit, non deerit calda petenti.

Sed tu morosa ludere parce siti.

Vrcei meminit Iureconsultus in l. Cum de lanionis, sæpe citata, his verbis, Vrcei quoque, quibus aqua in æneum infunditur, in idē genus rediguntur. Erat & nimbus vitreus, cuius mentio multa apud Martialem, quem vide, si animus est tibi ista pernoscere. Illi autem qui ab eodem calices vitrei dicūtur, à Græcis κύλικες ὑάλινοι, verbum è verbo scilicet nuncupantur, authore Iulio Polluce. Fiebant & calices ex Therebintho, qui à nomine authoris θηρίκλειοι appellabantur: quemadmodum Antigonides & Seleucides, quibus Antigonus Seleucúsque nomina indiderunt: author Plutarchus in AEmilio. Plinius quoque libro decimosexto ex Theophrasto quod de Thericle scripsit, sumpsisse videtur, dum ait, Celebratur & Thericles nomine, calices ex Therebintho solitus facere torno. Athenæus enim libro vndecimo, Theophrastum citat in hæc verba, ὅτι δὲ κύλιξ ἐστὶν ἡ θηρίκλειος σαφῶς παρίστησι θεόφραστος ἐν τῇ περὶ φυτῶν ἱστορίᾳ, διηγούμενος γὰρ περὶ τῆς τερμίνθου φησὶ τορνεύεσθαι ἐξ αὐτῆς κύλικας θηρικλείους ὥστε μηδένα διαγνῶναι, πρὸς τὰς κεραμέας, κατασκευάσαι δὲ λέγεται τὴν κύλικα ταύτην θηρικλῆς ὁ κορίνθιος κεραμεύς, ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα ἔχει, ἄλλοι δὲ ἱστοροῦσι θηρίκλειον ὀνομασθῆναι τὸ ποτήριον διὰ τὸ δορὰς θηρίων αὐτῷ ἐντετυπῶσθαι. Illud porro sciendum est, calicem à probatissimis authoribus poni non solum pro vase, sed pro ea tātum vasis parte, quæ humoris capax est. Plinius libro tricesimoseptimo suprà à nobis citato, vbi de

2008 Ministerio de Cultura

murrhini pretio agit, Excreſcit, inquit, indies eius rei luxus, murrhino lxxx. ſeſtertiis empto, capaci planè ad ſeſtarios tres calice. Vides vt calicē murrhini dixerit eā partē quæ humorē cōtinere queat. Sic & roſæ calicem dixit Plinius eam partē, quæ roſæ luteos apices in ſe recipiat & contineat. Plinius capite IIII. libro XXI, Quo mox intumeſcente, & in virides alabaſtros faſtigiato, paulatim rubeſcens dehiſcit, ac ſeſe pandit in calicis medio ſui ſtantis complexa luteos apices. Eſt & hydria vas aquariū. Plutarchus in Mario, οἱ μὲν ἀξίνας, οἱ δὲ πελέκεις ἔνιοι δὲ καὶ ξίφη καὶ λόγχας ἅμα ταῖς ὑδρίαις ἀναλαβόντες ὡς καὶ διὰ μάχης ὑδρευσόμενοι. Vtebātur & hydria ad ferenda ſuffragia, eodē Plutarcho authore in Tiberio, his verbis, καὶ τὸν δῆμον αὐτοῦ καλοῦντος ἐπὶ τὴν ψῆφον, ἡρπάσθησαν ὑπὸ τῶν πλουσίων ἀυδρίαι. Erat & calpis qua vterentur vaſe aquario. Herodianus in ς′, vbi de Rheno & Hiſtro loquitur, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀρύσασθαι θέλοντας μὴ κάλπεις ἐπ' αὐτῷ μηδὲ κοῖλα σκεύη φέρειν, πελέκεις δὲ καὶ δικέλλας ἵνα ἐκκόψαντες γυμνόντι σκεύους ἀράμενοι τὸ ὕδωρ φέρωσιν ὥσπερ λίθον. vtebātur etiamnū ὑδρίᾳ ad colligendos continēdóſque mortuorum cineres, quā & calpin vocaſſe videtur Plutarchus in Marcello.

In eadem l. §. Vnguentis legatis. Quando hic §. ſcatet mendis, ſic lector optime, me authore, ac potius conſultore, leges, ac emendabis, vnguentis legatis. Non tantū ea legata videntur, quibus vn-

2008 Ministerio de Cultura.

gimur voluptatis cauſa, ſed & valetudinis :qualia ſunt comagena, gleucina, irina, rhodina. E myrrha quoque tum nardinum purũ. Hactenus Iureconſultus. Comagenum vnguẽtum quod κομμαγηνὸν vocat Galenus in tertio ὑγιεινῶν: à Comagene Syriæ parte dictum, authore Plinio, vbi de anſeribus, Aliud, inquit, reperit Syriæ pars, quæ Comagene vocatur, adipem eorum in vaſe æreo, cũ cinnamo, niue multa obrutum, ac rigore gelido maceratum, ad vſum præclari medicaminis, quod ab gẽte dicitur comagenum. Hæc Plinius. Quod autem ſequitur, gleucinũ, irinum, &c. De gleucini, irini, nardini, rhodini, & aliorum vnguentorum confectione, vide apud Dioſcoridẽ. Neque enim illa hîc tranſcribere eſt animus: quin potius cum Plinio conqueri vnguentorum luxum è cunctis maxime ſuperuacuũ. Margaritæ enim gẽmæque ad hæredem tamen tranſeunt, veſtes prolongant tẽpus: vnguenta illico expirant, ac ſuis moriuntur horis. Summa cõmendatio eorum, vt tranſeuntẽ fœminã odor inuitet, etiã aliud agentẽ: excedunt que quadragenos denarios libræ. Tãti emitur voluptas aliena: etenim odorẽ qui gerit, ipſe nõ ſentit. Sed tamẽ & hæc aliqua differẽtia ſignãda ſunt. In Marci Ciceronis monumentis inuenitur vnguenta gratiora eſſe, quæ cerã, quàm quæ crocum ſapiant. Sic enim legendum, nõ terram, vt paſſim ſcriptũ eſt in vulgatis codicibus. Verba autẽ Marci

MM.ii.

2008 Ministerio de Cultura

Tullii ea ſunt in tertio de Oratore, vbi ait, Licet hoc videre in reliquis ſenſibus, vnguentis minus diu nos delectari, ſumma & acerrima ſuauitate cõditis, quàm his moderatis: & magis laudari quod ceram, quàm quod crocũ olere videatur. Hactenus Tullius. Vnguentis cognomina dedêre aliis patriæ, vt Comagenum, Mendeſium: aliis ſucci, vt irinum, rhodinum, crocinũ, amaracinũ, melinũ, quod & Cyprinũ dicebatur, quia fiebat in Cypro. Panathenaicum ſuum Athenæ perſeuerãter retinuere. Melinũ fit è malis cotoneis. Singuli quoque ſucci nobilia vnguenta faciunt, in primis malebathrum, cuius mentio apud Iureconſultos in l. Interdum·§· Species pertinẽtes ad vectigal, in tractatu De publica. & vectigal. Iris Illyrica herba eſt, à qua irinũ vnguentũ dictũ. Nardinũ, ſiue foliatũ conſtat omphacino, balanino, iunco, coſto, nardo, amomo, myrrha, balſamo. Omnia autẽ acutiora fiunt, coſto, amomo, quæ maxime nares feriunt. Hæc ex Plinio authore, quandoquidem ea facere duximus ad iſtorũ vocabulorum intellectum. Ex ſamſuco fit oleũ quod ſamſucinum vocatur aut amaracinũ. Pli. lib. xxi. ca. xxii. Quòd ſi tibi nõ eſt graue & nimis moleſtũ candide lector, infundam & nonnihil edyſmatis in hunc libellum ex Athenæi myrothecio, qui vbi de Ptolemæi Philadelphi pompa tractat, ſic ait, πέντε δὲ μὲν τὰς πρώτας ἡμέρας ἐν τῷ γυμνασίῳ πάντες ἐκ χρυσῶν ὁλκείων ἠλείφοντο

κροκίνω μύρω. ἦν δὲ ταῦτα πέντε καὶ δέκα καὶ κινναμωμίνου τὰ ἴσα καὶ ναρδίνου, παραπλησίως δὲ καὶ ταῖς ἑξῆς ἡμέραις εἰσεφέροντο τήλινον, ἀμαράκινον, ἴρινον, πάντα διαφέροντα ταῖς εὐωδίαις. Quo loco apud Athenæum legendum putaui ἴρινον, non autem ἔλαινον, vt in vulgatis. Quid ſi quis legat λείρινον, cuius meminit Dioſcorides & Plinius capite quinto, lib. vigeſimoprimo. Quod verò τήλινον dixit Athenæus, hoc ipſum fit ex oleo recẽti, Cypro calamo, meliloto, fœnogræco, melle, & quibuſdam aliis, vt docet Plinius, vir omniũ rerum curioſus. Alteram tamen τηλίνου compoſitionem docet Dioſcorides. Solebant antiqui non ſolũ in conuiuiis vnguentis vti, quod docet Martialis in tertio,

Vnguentum fateor bonum dediſti
Conuiuis here, ſed nihil ſcidiſti:
Res ſalſa eſt bene olere & eſurire.
Qui non cœnat & vngitur Fabulle,
Hic verò mihi mortuus videtur.

Ludit in illum, qui vnguentum dederat, atque id ipſum bonum, nihil verò, aut certe paucula quædam ad epulandum appararat. Non ſolum igitur in conuiuiis vngebantur, ſed etiam in ſpectaculis, quod docet Athenæus in primo, vbi de Antiocho, quem, inquit, omnes ferè Græcos conuocaſſe ad ſpectaculum: quos omnes ἐκ χρυσείων ὁλκείων ἤλειφε κροκίνω μύρω καὶ κινναμωμίνω καὶ ναρδίνω καὶ κρινίνω. Quo in loco haud ſcio, an legendũ ſit ἰρίνω vel λειρίνω, ex

2008 Ministerio de Cultura

Dioſcoride, qui tamẽ etiam κεαΐνω meminit. Crocum autem collyrio vni nomen dedit, ex eóque expreſſo vnguento crocino, quod crocomagma appellãt. author Plinius XXI. Plutar. in Bruto, καὶ τῶν ταξιάρχων τινὸς ἀπ' ἀλείμματος τὸν βραχίονα μύρον ῥόδινον ἐξανθεῖν, καὶ πολλάκις ἐξαλείφοντας καὶ ἀπομάττοντας μηδὲν περαίνειν.

In lege, Argumẽto ſunt. Sed ſtragulas & bubolonicas, quæ equis inſterni ſolent. Sunt qui mihi dixerint, hoc in loco legendum, bubalinas, vt ſubintelligatur pelles, nõ eſſe veſtis. Bubali hodie noti in Italia, quos vulgo buffalo vocant, è quorum pellibus fiebant ſtragula ad equos. Ego verò puto legendum Babylonicas, vt ſit Iureconſulti mens, quam iam ſubiicio: tametſi veſtes Babylonicæ, veſtimentorum appellatione contineantur: tamen ſtragulæ Babylonicæ quæ equis inſterni ſolẽt, non veniũt appellatione veſtis: quandoquidẽ in alium vſum paratæ vidẽtur. Babylonicarũ meminit Iurecõſ. in l. Interdũ. §. Species ad vectigal pertinẽtes, infrà De publicanis. Colores diuerſos picturæ intexere, Babylon maxime celebrauit, & inde nomen Babylonicis impoſuit, à doctiſſimis vſurpatũ, non ſolũ Latinis, vt apud Plin. & hic, ſed etiã à Græcis. Plutarchus in Marco Catone refert illũ, cũ ex hæreditate Babylonicũ ſtragulũ ei obueniſſet, ſtatim vendidiſſe, ἐπίβλημα δὲ τῶν ποικίλων βαβυλώνιον ἐκ κληρονομίας κτησάμενος εὐθὺς ἀποδόσθαι.

2008 Ministerio de Cultura

In eadem, Alia causa est odonum. Accursio cō-donandum, quòd corruptum vocabulum assequi nequiuerit: legendū enim est œdorum nō odonū, è quorū œdorum pellibus fiebant calciamenta, vt ex antiquis marmoribus Romæ cōiecimus. Neque verò postulo, lector optime, vt mihi fidē habeas, nisi id ita esse cōuicero, ex festiuissimo poeta Martiale in xii. ad Phœbū. Versiculos autē ipsos Martialis asscribam, simul vt & rideas non solum Phœbum, sed & Accursium, si ita tibi videbitur. Simul verò etiam vt hanc nostram coniecturam non absimilem vero cognoscas,

OEdina tibi pelle contegenti
Nudæ tempora verticémque caluæ,
Festiue tibi Phœbè dixit ille,
Qui dixit caput esse calciatum.

Festiue autem dixit, propterea quòd Romani temporibus illis in calciamentis vterentur pellibus œdinis: & sanè facilis fuit lapsus œdonū ad œdorum, sola r litera in n mutata.

In eadem, Vasa vnguentaria, & siqua similia dici possunt, veluti labacioristus. In antiquo codice ipsi legimus lauatio riscus. Tullius epistolarum nono ad Varronem, Vt lauatio parata sit. Lauatio enim pro vase posuisse videtur. In aliis, alabacoristus: quo fit vt in animū inducam, fortasse legendum alabaster: est enim vas vnguentarium, vt docet Iulius Pollux in sexto his verbis, τὰ δὲ ἀγγεῖα

MM.iiii.

2008 Ministerio de Cultura

τῶν μύρων, λήκυθος μυρηρὰ, καὶ ἀλάβαστρον. ὄλκειον etiam adſcribit Athenæus in locis à nobis citatis, ſuprà vbi De vnguentis. Recenſentur etiamnũ inter vnguentaria vaſa, pyxides & ampullæ, quarum mẽtio apud Martialem in tertio,

Et Coſmianis ipſe fuſus ampullis.

Quarum formam intelligere eſt ex Plinio in fine quarti epiſtolarum. Aut deceſſit expulſus, quod in ampullis cæteriſque generis eiuſdem videmus accidere, quibus non hians, nec ſtatim patens exitus. Recenſetur etiam onyx. Martialis in vndecimo, Profertur Coſmi nunc mihi ſiccus onyx. Plutarchus in Ariſtide, κρωσσοὺς pro vaſis vnguentariis dixiſſe videtur: ἐλαίου τε καὶ μύρου κρωσσοὺς νεανίσκοι κομίζοντες ἐλεύθεροι. Hoc eſt, olei quoque ac vnguẽti croſſos liberi adoleſcentes deferunt. In Alexandro recenſet vaſa quædam vnguentaria, his verbis, ὡς δὲ εἶδε μὲν ὄλκεια καὶ κρωσσοὺς καὶ πυέλους καὶ ἀλαβάστρους πάντα χρυσοῦ ἠσκημένα περιττῶς, ὠδώδει δὲ θεσπέσιον οἷον ὑπὸ ἀρωμάτων καὶ μύρων ὁ οἶκος.

2008 Ministerio de Cultura

Fortassis hæc erit ampullæ forma, quam ex antiquis marmoribus desumpsimus, quæ vt vides, amphottis etiã dici potest, quòd vtrinq; ansata sit: cuius vasis efformandi rationem lineis circunscriptam vides.



2008 Ministerio de Cultura

Anademata. Alciatus vir eximiæ eruditionis cē ſuit legendū ἀνακόσματα. Ego vero, quod pace tanti viri dixerim, puto legendum, vt vulgo ſcriptum eſt, ἀναδήματα, anademata ſcilicet. Siquidem Iulius Pollux in ſeptimo, ἀναδήματα inter ornamenta ac mundum muliebrem adſcribit his verbis, καὶ στρόφιον καὶ ὀπισθοσφενδόνην παρ' ἀριστοφάνη, καὶ σφενδόνη ἐκαλεῖτο καὶ ἀναδήματα καὶ κάλαμος.

In eadem l. Quanuis. De mitra diximus in libello De re veſtiaria, etiamſi mitræ veſtis appellatione non veniant, vt inquit Paulus hic. Vlpianus vero in l. Veſtis, mitras & ſemimitras inter veſtimēta annumerat, quare periculum fortaſſe ſubeſt antinomiæ: niſi ſiquis dicat Vlpianum de illis mitris ſentire, quæ magis capitis tegendi, quàm ornandi cauſa comparatæ ſunt: Paulum vero de his, quæ magis ornatus gratia geſtantur, quàm vt caput tegant.

In §. Si autem. quod eius aliqua forma eſt expreſſum. Eius ſcilicet teſtatoris exiſtēs, inquit Accurſius: in quo fallitur, nec Latinæ locutionis elegantiam percepiſſe videtur. Intelligendum enim argento ſignato vel auro legato patremf. id legaſſe, quod eius auri ſcilicet, vel argenti, vel id aurum legatū, quod aurum aliqua forma eſt expreſſum. Simili loquēdi formula vſus eſt Marcus Tullius, tum alibi non ſemel, tum Officiorum primo. Ex

2008 Ministerio de Cultura

cæteris ſimilibus facile iudicamus, quid apte eorũ fiat, quid ab officio naturáque diſcrepet. Cum autem ſubdit Iureconſultus, veluti qui Philippi ſunt, & appellãtur ſtateres Philippei: quemadmodũ & Darici & Alexãdrei, à Philippo, Dario & Alexandro. Iulius Pollux in nono, καὶ οἱ μὲν δαρεικοὶ ἐκαλοῦντο στατῆρες, οἱ δὲ φιλίππειοι, οἱ δὲ ἀλεξάνδρειοι χρυσοῖ πάντες ὄντες. De quib9 copioſe ſimul & erudite G. Budæus in libris de Aſſe & partibus eius, quibus ſanè pereleganter rem numariã temporis iniuria ſic iactatam, vt nemo ſcire, aut certe Latinè enũtiare poſſet quid haberet, ſuo vt dicitur Marte, nullis adminiculis cõſtituit: quo ſanè nomine, illi poti9, quàm olim Gratidiano ſtatuæ omnibus vicis ſtatuendæ ſunt, & ad eas thus & cerei. Scaphia, Scaphiis igitur argenteis antiqui vtebantur, vt & hodie viri Galliarum primarii: quin & aureis vaſis ventris onus excipiebant: inde iocus Martialis in Baſſam,

Ventris onus miſero, nec te pudet, excipis auro,
Baſſa bibis vitro.

Heliogabalus onus ventris auro excepit, in murrhinis & onychiis minxit, authore Lãpridio. Soliis quoque argenteis Rom. fœminæ in balneis vtebantur. Et hoc eſt quod ait Plinius libro trigeſimotertio, Argento fœminæ lauentur, & niſi argentea ſolia faſtidiant eadémque materia & cibis & probris ſeruiatur. Videtur & à Græcis mutuo ſumptum ſcaphium. σκάφιον enim dicunt, authore Iulio Polluce in decimo, vbi agit

2008 Ministerio de Cultura

de neceſſariis ad ſeceſſum, & mulierũ erat, quemadmodum laſana & ἀμὶς virorũ erat, & ὀρήνη, quã nos vrinal. ἐνουρήθραι vocat idem Iulius Pollux. Matella virorum erat, cuius meminit Martialis in diſticho cui lemma matella fictilis, & illo verſiculo,

Diſpeream ſi tu Piladi præſtare matellam
  Dignus es.   Et in duodecimo,
Matella curto rupta latere meiebat.

Quod autem ſcaphium mulierũ fuiſſe diximus, Plutarchus in Arato, ſcaphium athletarum fuiſſe videtur aſſeuerare, quod & coniicere eſt è Iuuenale in ſexta, Et ride ſcaphium poſitis cum ſumitur armis. Scaphidas inter culinaria vaſa annumerat Anaxippus apud Athenæum in quarto. Idem Athenæus in quarto, ſcaphium inter vaſa vel potoria vel eſcaria adſcribit, niſi me fallit memoria. Matellam autem crepitu digitorum poſcebant veteres. Inde ortus iocus Martialis in Panaretum,

Cum peteret ſeram media iam nocte matellam
  Arguto madidus pollice Panaretus,
Spoletina data eſt: ſed quam ſiccauerat ipſe:
  Nec fuerat ſoli tanta lagena ſatis.
Ille fide ſumma teſtæ ſua vina remenſus,
  Reddidit œnophori pondera plena ſui.
Miraris quantum biberat cepiſſe lagenam:
  Deſine mirari Ruffe, merum biberat.

Quibus ſanè verſiculis adducor, vt credam eandẽ fere fuiſſe formam matellæ, quæ lagenæ erat. Eſt

2008 Ministerio de Cultura

autem lagena vas vinarium, quam Martialis hic œnophorum vocat, quorum vtrunque Græcum est. Laguncula per diminutionem vsus est Plinius Iunior in epistolarũ primo. Id in præsentia non omiserim, quod apud Pliniũ decimosexto, capite tricesimoprimo legimus, quando memorabile visum est, lagenas fieri è radicum filis tum fici tum etiam syluestrium. Verba Plinii sic habent, E quibus montani prætenuia fila decerpentes, spectabiles lagenas & alia vasa nectunt. Matellionis quoque vasis meminit Tullius in libello παράδοξα inscripto, Quid enim cẽses, si L. Mummius aliquem istorum videret matellionem Corinthium cupidissimè tractantem, cum ipse totam Corinthum contempsisset, vtrum illum ciuem excellẽtem, an atriensem seruum diligentem putaret? Matellionem Corinthium dixit Tullius ære Corinthio factum. Quod æs ex S. C. deleta à L. Mummio Corintho factum & conflatum est. Nam æris notam pretiosiorem ipsa opulentissimæ vrbis fecit iniuria: quia incẽdio perustis plurimis statuis atque simulacris, æris, auri, argentíque venæ in commune fluxere. Signa quoque fictorum nobilium Corinthia appellabant antiqui. Fuit etiamnum antiquissima gloria æris Deliaci, mercatus in Delo concelebrante toto orbe: ex quo fiebant & vasa, Deliaca dicta. Tullius pro Sexto Amerino, Domus referta vasis Corinthiis & Deliacis: in quibꝰ est authe-

2008 Ministerio de Cultura

ſa illa, quam tanto pretio nuper mercatus eſt, vt qui prætereuntes pretium enumerare audiebant, fundum vænire arbitrarētur. Inde Deliaca ſupellex à Cicerone dicta, in qua erāt triclinia & lecti, cum pedibus & fulcris ex ære Deliaco factis. Cicero in quarta in Verrem, Dico te maximum pondus auri, argenti, eboris, purpuræ: plurimā veſtem Melitenſem, plurimam ſtragulam, multam Deliacam ſupellectilem, plurima vaſa Corinthia, magnum numerum frumēti, vim mellis maximam Syracuſis exportaſſe. Hactenus Tullius. Quoniā vero in Corinthiorum & Verris mentionem incidimus, illud haud aproſdionyſum in præſentia, vt mihi perſuadeo, adiiciam: fuiſſe ſcilicet traditum Verrē, quem Cicero damnauerat, non alia de cauſa proſcriptū fuiſſe ab Antonio, quàm quòd Corinthium æs ſe ei ceſſurum negauiſſet. Strabo in octauo, aliorum Corinthiorum meminiſſe videtur, vbi de Corintho reſtituta à Diuo Cæſare, mētionem facit, miſſiſque ab eo libertini generis incolis, qui τὰ ἐρίπεια κινοῦντες καὶ τοὺς τάφους συνανασκάπτοντες εὕρισκον ὀστρακίνων τορευμάτων πλήθη, πολλὰ δὲ καὶ χαλκώματα, θαυμάζοντες δὲ τὴν κατασκευὴν οὐδένα τάφον ἀσκευώρητον εἴασαν, ὥστε εὐπορήσαντες τῶν τοιούτων καὶ διατιθέμενοι πολλῶν νεκροκορινθίων ἐπλήρωσαν τὴν Ῥώμην, οὕτω γὰρ ἐκάλουν τὰ ἐκ τῶν τάφων ληφθέντα. Ea ſanè quæ vaſa corinthia diximus, χαλκώματα κορινθιουργῆ appellare videtur.

2008 Ministerio de Cultura

Vasis æneí Corinthiaci cælati forma ex antiquis monimentis.



2008 Ministerio de Cultura

In l. Cum in teſtamento, An etſi eas menſas argenteas. Antonius Heliogabalus primus menſas & capſas argenteas habuit, primus etiam & caccabos argēteos, ſi AElio Lampridio credimus, quos tamen intelligo priuato vſui habuiſſe. Nam publico Romæ fuiſſe antea, cōſtat ex Plutarcho in vitis in hæc verba, ὁμοίως δὲ καὶ τοῦ βασιλέως τῶν ἰβήρων κλίνην τε καὶ τράπεζαν καὶ θρόνον ἅπαντα χρυσᾶ πέμψαντος αὐτῷ καὶ δεηθέντος λαβεῖν, καὶ ταῦτα τοῖς ταμίαις παρέδωκεν εἰς τὸ δημόσιον. Eſt autem menſa eſcaria à cibo cibila dicta, authore M. Varrone. Menſa vero vinaria cylibantum dicebatur à poculo cylice calice dicta, eodem authore. Menſas dicimus primas, ſecundas, & tertias, inquit Iulius Pollux. Menſas quoque vocabant cibos menſis impoſitos, τραπέζας δὲ ἐκάλουν καὶ τὰ σιτία τὰ ἐπ' αὐτῶν τιθέμενα. Iuli⁹. Et hoc eſt quod inquit Athenæus in ſecundo, πάντων τραπέζας καλούντων τὰς παραθέσεις ταύτας. Et ſic accipiendum puto, quod ait Martialis, Explicat & cœnas vnica menſa duas. Menſæ porrò dicebantur illæ, quæ auferūtur, quas & magidas dixerūt, αἱ δὲ ἐπιτιθέμεναι, καὶ αἰρόμεναι τράπεζαι ἃς νῦν μαγίδας καλοῦσιν. Quos enim diſcos vocant, Pollux cenſet eos κύκλους ἀργυροῦς orbes argenteos, ἢ χρύσματα ἀργυρᾶ, ἢ πίνακας appellandos in ſexto. Menſæ autem ſecundæ erant, quibus bellaria, tragemata, & cætera id genus dulcia, quæ & dulciaria ſunt, apponebantur, à Græcis δεύτεραι τράπεζαι dicuntur. Dicæarchus apud Athe-

2008 Ministerio de Cultura

næum libro decimoquarto, ἤ γε τὴν πολλὴν δαπάνην ἐν τοῖς δείπνοις παρέχουσα δευτέρα τράπεζα προσαγομένη, καὶ στέφανοι καὶ μύρα καὶ θυμιάματα καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα πάντα. Quibus ſecundis menſis non ſolum apponebantur tragemata, quæ Græcorum antiqui vocarunt τρωγάλια & μεταδόρπια: ſed & oua, & lepores, & turdi, cum dulciariis omnibus, ſi Athenæo fides habenda eſt. Quare cum Cornelius Celſus dicat, ſecundam menſam bono ſtomacho nihil nocere, imbecillo coaceſcere, accipiẽdum puto, ſecundam menſam pro cõditis, & cæteris id genus bellariis, cuiuſmodi ſunt ea, quæ recenſentur à Iurecõſultis l. fi. §. Dulcia, in tractatu De vino, tritico, & oleo legato. Dicebantur denique menſæ, quibus reponebantur vaſa eſcaria & fercula, quas ſic obſoniis onuſtas, conuiuis apponebant duo ſerui. Neque enim ſinguli ſerui ſingula fercula ferebant, vt hodie factitare ſolemus: ſed menſam ferculis onuſtã adferebant, atque adeò accumbẽtibus conuiuis apponebãt, mediã inter duos vt coniicere eſt ex Luciano in dialogo, qui ὄνειρος ἢ ἀλεκτρυὼν inſcribitur, in hæc verba, εἶτα μηδενὸς ἀπηγορευμένου πλησίον κατακεῖσθαι αὐτοῦ ἐμὲ ἐπὶ κλίνῃσι φέροντες ὡς ὁμοτράπεζοι εἴημεν. Quare non ab re conqueritur Martialis de Annio, qui vt lautior videretur, miniſtrantes ſeruos habebat, qui ſingula geſtarent fercula. Verba autem Martialis ſunt libro ſeptimo,

Cum menſas habeat fere ducentas,

2008 Ministerio de Cultura

Pro mensis habet Annius ministros.
Transcurrunt gabatæ volántque lances:
Has vobis epulas habete lauti.
Nos offendimur ambulante cœna.

Quem morem etiam antiquum fuisse cōiicio ex versiculis citatis ab Athenæo in nono,
ὡς εἶδε τὴν τράπεζαν ἀνθρώπους δύο
φέροντας εἴσω, ποικίλων παροψίδων
κόσμου βρύουσαν. Quos versiculos suprà citauimus.

Quod vero multis mensis vterētur, docet Plutarchus in Lucullo, ἐπεὶ δὲ μόνου δειπνοῦντος αὐτοῦ μία τράπεζα καὶ μέτριον παρεσκευάσθη δεῖπνον, ἠγανάκτει καλέσας τὸν ἐπὶ τούτων τεταγμένον, οἰκέτην. τοῦ δὲ φήσαντος, ὡς οὐκ ᾤετο μηδενὸς παρακεκλημένου πολυτελοῦς τινὸς αὐτὸν δεήσεσθαι. τί λέγεις εἶπεν, οὐκ ᾔδεις ὅτι σήμερον παρὰ Λουκούλλῳ δειπνεῖ Λούκουλλος;

Multis vero mensis vsos antiquos, docet apertius idem Plutarchus in Pelopida, καὶ φερόμενοι διὰ τῶν τραπεζῶν ἐπὶ τὸν Ἀρχίαν καὶ Φίλιππον ἐφάνησαν οἵπερ ἦσαν.

Coniicio etiam ex eodem Plutarcho in Numa, λέγεται γοῦν ποτὲ καλέσας ἐπὶ τὴν τράπεζαν οὐκ ὀλίγους τῶν πολιτῶν, σκεύη τε φαῦλα καὶ δεῖπνον εὐτελὲς πάνυ παραθέσθαι καὶ δημοτικόν, ἀρξαμένων δὲ δειπνεῖν ἐμβαλὼν λόγον ὡς ἡ θεὸς ἣ συνείη ἥκοι πρὸς αὐτόν, ἄφνίδιον ἐπέδειξε τόν τε οἶκον ἐκπωμάτων πλήρη πολυτελῶν καὶ τὰς τραπέζας, ὄψων παντοδαπῶν καὶ παρασκευῆς δαψιλοῦς γεμούσας. Istis autem mēsis primū quadratis, mox rotundis vsi sunt, author Varro. & ob id orbes dicuntur à Martiale in nono,
Vt Mauri Lybicis centum stent dentibus orbes.
Orbes Mauri dicuntur mensæ citreæ, circulari for

2008 Ministerio de Cultura

ma è Mauritania aduectæ, vt docet Plinius libro decimotertio, capite decimoquinto, his verbis, Cō fines ei Mauri, quibus plurima arbor cedri, & mē-sarum inſania, quas fœminæ viris contra margaritas regerunt. Fiebant & ex acere, quæ ob id acernæ dicuntur. Horatius Sermonum ſecundo,

His vbi ſublatis puer alte cinctus acernam
Gauſape purpureo menſam perterſit.

Quæ menſæ ornabātur coronis aureis vel argenteis gemmis diſtinctis. Quarum coronarum meminit Pōponius in l. Etſi non vt claui. §. Perueniamus, iſto titulo. Menſæ quoque citreæ meminit Tullius in Verrem, his verbis, Tu maximam & pulcherrimam menſam citream à Q. Luctatio Diodoro, qui Q. Catuli beneficio à L. Sylla ciuis Romanus factus eſt, omnibus ſcientibus Lilybei abſtuliſti, & Paulus iurecōſultus in l. Si ſterilis ſuprà De act. empti. Quid vero in cauſa fuerit, vt antiqui menſas circulari forma cōpararint, docet Athenæus in vndecimo, διὸ τὴν τράπεζαν κυκλοειδῆ κατεσκευάζοντο οἱ παλαιοί, καὶ τὰ περὶ τὴν ἥμερον τροφὴν πρῶτοι διαταξάμενοι τοῖς ἀνθρώποις πειθόμενοι τὸν κόσμον εἶναι σφαιροειδῆ, λαμβάνοντες ἔκ τε τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης χήματος ἐναργεῖς τὰς φαντασίας. Græci menſam τράπεζαν dicunt, inde trapezophora dicta ea quæ menſam ſuſtinēt. Tullius epiſtolarum familiariū ſeptimo, Quod tibi deſtinaras trapezophoron, ſi te delectat, habebis. Sin autem ſententiam mutaſti, ego habeo.

2008 Ministerio de Cultura

Quæ repoſitoria ex Plinio ſuprà diximus, & ſic legendum puto in l. tertia, ſupra De ſupell. legat. A τράπεζα dicitur & τραπεζοκόμος, quem Latini ſtructorem dicunt. Martialis in decimo, Et quæ non egeāt ferro ſtructoris ofellæ. Græci quoque ἐκτραπεζώματα vocāt obſonia menſis impoſita. Qui vero iis comparandis præerat, dicebatur obſonator, vt eſt apud Marcellū in l. Legatis ſeruis, ſuprà De legatis tertio. Græci illum ἀγοραστὴν vocant, eodem authore Athenæo. Quin & obſonator Græcū vocabulum videri poteſt, quaſi ὄψου ὀνήτωρ, qui & ὀψώνης dicitur. ὄψον enim dicunt omne quod igne paratur ad epulandum. οὐκ ἀγνοῶ δὲ, inquit Athenæus, ὅτι ὄψον κυρίως καλεῖται πᾶν τὸ πυρὶ κατασκευαζόμενον εἰς ἐδωδήν. Menſæ interdum vno tantum pede ſuſtinebantur, quæ dicebantur monopodia. Plinius libro trigeſimoquarto, Nam triclinia ærata, abacóſque & monopodia Cneium Māllium Aſia deuicta primum inuexiſſe triumpho ſuo. Quorum mentio eſt in l. In rem actio, ſuprà De rei vendicatione. Neque vero menſa bipede vtebātur, etiam ſi apud Martialem dicatur. Martialis in duodecimo,

Ibat tripes grabatus & bipes menſa,
Et cum lucerna corneóque cratere, &c.

At vero tribus pedibus ſuſtinebatur, & dicebatur menſa tripes. Horatius Sermonum primo,

-modo ſit mihi menſa tripes, &
Concha ſalis puri.

Vide Plinium in tertio epi-

2008 Ministerio de Cultura

ſtolarum, Non alienũ hîc fore arbitror, ſi ex antiquorũ authorũ obſeruatione, aperuerim morẽ in accubatione epulari Romanorũ maioribus vſurpatũ: qui hora ferè nona, hoc eſt tertia vel quarta à meridie, vt nunc cõputamus, cœnabãt: quod vel Martialis verſiculo probatur in quarto, cum ait, Imperat extructos frangere nona toros. Toris enim recumbebãt: quini interdũ in lectis, ſæpe plures: μικροῦ δεῖν ὕπτιοι κατακείμενοι, vt inquit Lucianus in cõuiuio Lapitharũ. Tullius in Piſonẽ, Græci ſtipati, quini in lectulis, ſæpe plures: ipſe ſolus bibiturus quæ eodẽ de ſolio miniſtrẽtur. Neq; enim ſedebãt, ſed accũbebãt: & ideo Cato poſt prælii Pharſalici offenſionẽ, hoc inter cætera ſibi luctus imperauit, vt nunquã poſt illa cœnãdo recumberet, ſed ſolũ ſederet. Plutarchus in Catone, ἐδείπνει δὲ καθήμενος ἀφ᾽ ἧς ἡμέρας τὴν κατὰ Φάρσαλον ἔγνω ἧτταν, καὶ τοῦτο τῷ λοιπῷ προσέθηκε πένθει, τὸ μὴ κατακλιθῆναι πλὴν καθεύδων. Græci τρικλίνιον vocãt. Plutarchus in Agide & Cleomene, τῶν δὲ δείπνων αὐτοῦ τὸ μὲν καθημερινὸν ἦν ἐν τρικλινίῳ σφόδρα συνεσταλμένον καὶ λακωνικόν. εἰ δὲ πρέσβεις ἢ ξένους δέχοιτο, δύο μὲν ἄλλαι προσπαρεβάλλοντο κλῖναι. Qui lecti dicebantur, & lecti triclinares dicuntur ab AElio Lampridio ad differentiam cubicularium. Triclinia autem dicebantur à tribus lectis, & ſic intelligo quod ſcriptum eſt à Iuuenale in quinta,

Tertia ne vacuo ceſſaret culcitra lecto.

Et ne toralia (Sic enim vocant lecti ſtragulas) pe-

2008 Ministerio de Cultura

dibus fœdarent, soleas deponebant, cœnabántque excalceati: & sic accipiēdum puto quæ scripta sunt à Martiale in quinto,

Deposui soleas, affertur protinus ingens
Inter lactucas oxygarumque liber.

Inde eiusdem poetæ iocus in Cottam, qui soleas amisit, pueri negligentia, dum cœnaret:

Bis Cotta soleas perdidisse se questus,
Dum negligentem ducit ad pedeis vernam.

Seruorum enim ministerio vtebantur ad sumendas & deponendas soleas. Martialis in disticho, Cui lemma soleæ lauatæ,

Defuerit si fortè puer, soleásque libebit
Sumere, pro puero proderit ipse sibi.

Habebāt & puluinos, quib⁹ hinc inde sese fulcirēt: & etiam ceruicalia ad ceruicē. Martialis in tertio,

Cubitis trudit hinc & inde conuiuas,
Effultus ostro sericísque puluinis.

Philarchus apud Athenæum in quarto, vbi de Lacedæmoniis, καὶ πάλιν αὐτοῖς στρωμναί τε τοῖς μεγέθεσιν οὕτως ἐξησκημέναι πολυτελῶς, καὶ τῇ ποικιλίᾳ διαφόρως ὥστε τῶν ξένων ἐνίους τῶν παραληφθέντων ὀκνεῖν ἐν ἀγκῶνα ὑποθεῖ τὰ προσκεφάλαια ἐρείδειν. Quos tamen puluinos, vt mihi quidem videtur, AElius Lampridius subalares culcitras vocat in Heliogabalo, quibus ita, vt diximus, recūbentibus, mensæ cum ferculis per vnum & alterum seruum apponebantur, collocabantúrque in repositoriis ad hoc paratis, quæ & trapezo-

2008 Ministerio de Cultura

phora dicuntur, nisi fallimur. Cibum autem incipiebant à lactucis & oxygaro, vt versiculo suprà citato probatur: & in disticho,

Claudere quæ cœnas lactuca solebat auorum,
Dic mihi cur nostras inchoat illa dapes?

Cœnam vero claudebant bellaria & dulcia. Illi vero lecti triclinares dicti, nonnunquam facti erant ad effigiem literæ Græcæ quæ sigma dicitur, ista C puto figura, & ita inter vnum & alterũ conuiuam mensa collocata: & ob id fortasse messa dicta à Marco Varrone, hoc est quod ait Martialis in decimo, Septẽ sigma capit, sex sumus, adde lupum. Illud etiam non est omittendũ, mensas antiquorũ (de Romanis loquor, quorum extant monumenta literarum) non fuisse mappis opertas. Siquidem pro se quisque cõuiua mappam secum ad conuiuium adferebat: quod ipsum ita esse conuincitur ex eodem Martiale in duodecimo,

Attulerat mappam nemo, dum furta timentur:
Mantile è mensa sustulit Hermogenes.

Quòd vero mensas opertas non ponerẽt, ait Martialis in vndecimo, qui id ridiculum putat.

Mensas Ole bonas ponis, sed ponis opertas:
Ridiculum est: possum sic ego habere bonas.

Mantilibus autem vtebantur ad manus abstergendas post lotionem. At vero lectorum fulcra à lautioribus vestiebãtur testudinum laminis, cuius rei luxum taxat Iuuenalis in vndecimo,

2008 Ministerio de Cultura

Nemo inter curas & ſeria duxit habendum
Qualis in oceani fluctu teſtudo nataret
Clarum Troiugenis factura ac nobile fulcrum.

Quorũ etiam meminit Iurecõſultus in l. Labeo, in tractatu De ſupellectili legata, & in l. Hæres ad finem, ſuprà De legatis tertio. Meminit & Martialis in duodecimo,

Gemmantes prima fulgent teſtudine lecti,
  Et Mauruſiaci pondera rara citri:
Argentũ atque aurũ nõ ſimplex delphica portat.
  Stant pueri, dominos quos precer eſſe meos.

Teſtudinum putamina ſecare in laminas, lectóſque & repoſitoria iis veſtire, Carbilius Pollio inſtituit, prodigi & ſagacis ad luxuriæ inſtrumenta ingenii. Author Plini⁹ in nono. Plutarchus in eo libro qui αἰτιῶν ῥωμαϊκῶν inſcribitur, quærit quidnã in cauſa fuerit, quòd Romani nõ ſinerẽt menſam auferri vacuã, his verbis, Διὰ τί τὴν τράπεζαν οὐκ εἴων ἀναιρεῖσθαι κενόν, ἀλλὰ πάντως τινὸς ἐπόντος; πότερον αἰνιττόμενοι τὸ δεῖν ἀεί τι τοῦ παρόντος εἰς τὸ μέλλον ὑπολιπεῖν, καὶ τῆς αὔριον ἐν τῇ σήμερον μνημονεύειν, ἢ νομίζοντες ἀστεῖον εἶναι, τὸ συστέλλειν καὶ ἀνέχειν τὴν ὄρεξιν ἔτι παρούσης τῆς ἀπολαύσεως; Hic autem non abſurdum fuerit nõnihil ex eodem Plutarcho de cõuiuiorũ apparatu & magnificẽtia referre. Craſſus igitur ἡρακλεῖ μεγάλην θυσίαν ποιησάμενος, εἱστίασε τὸν δῆμον ἀπὸ μυρίων τραπεζῶν, καὶ σῖτον ἐμέτρησεν εἰς τρίμηνον. Cæſar autẽ τὸν δῆμον ἀνελάμβανεν ἑστιάσεσι καὶ θέαις, ὥστε ἀθρόως μὲν ἐν δισμυρίοις καὶ δισχιλίοις τρικλίνοις ὁμοῦ σύμπαντας.

2008 Ministerio de Cultura

Quòd si in triclinio collocati sint 7. vt admitterẽtur solum ii, quorum capita censebantur, inuenitur numerus is ciuium qui recẽsetur à Plutarcho, X V. myriades scilicet, ἐξηταθεῖσαι γὰρ αἱ πᾶσαι πέντε καὶ δέκα μυριάδες. Si quis enim numerum 150. diuidat per numerum 22. mille, vel numerum 22. mille multiplicet per 7. resultabit numerus plus minus 150. mille.

In l. Seiæ, dulcissimæ, scyphi, modioli. Scyphũ quem scypphum nonnulli scribunt, Græci σκύφον dicũt, & σκύπφον, vt docet Athenæus in vndecimo. Est autem vasculum potorium, vt cuique notum est. Plutarchus tamen in Antonio, in ipso statim principio, scyphum posuisse videtur pro eo vase, quod bassin dicimus, ἐπεὶ τίς ἀφίκετο τῶν συνήθων πρὸς αὐτὸν ἀργυρίου δεόμενος, ἀργύριον μὲν οὐκ εἶχε, παιδαρίῳ δὲ εἰς ἀργυροῦν σκύφον ὕδωρ ἐμβάλλοντι κομίσαι, καὶ κομίζοντος ὡς ξύρεσθαι μέλλων κατέβρεχε τὰ γένεια, τοῦ δὲ παιδαρίου καθ' ἑτέραν πρόφασιν ἐκποδὼν γενομένου, τὸν μὲν σκύφον ἔδωκε τῷ φίλῳ χρῆσθαι κελεύσας, & cætera. Martialis scyphos auorum vocat vasa potoria, quæ & archetypa dicuntur ab eodem,

Nec thuris veniant leues selibræ
Sed lances ferat, aut scyphos auorum,
Aut grandis reus, aut potens amicus.

Illi vero versus sunt in septimo, quibus scyphos auorum vocat pocula archetypa,
Archetypum myos argentum te dicis habere.

2008 Ministerio de Cultura

Quod sine te factum est, hoc magis archetypum est.

Inde iocus Martialis in Carinum,

Argenti genus omne comparasti,
Et solus veteres Myronis arteis,
Solus Praxitelis manus scopæque,
Solus Phidiaci toreuma cœli,
Solus Mentoreos habes labores.

Pocula Mentoris manu facta. Marcus Tullius in sexta in Verrem, toreumata vocat, his verbis, De hoc Verri dicitur, habere eum perbona toreumata, in his pocula duo quædam, quæ Heraclea nominantur, Mentoris manu summo artificio facta. Quæ pocula archetypa Martialis numismata vocare videtur cum ait,

Nec confessorum vicina numismata tantum
AEra, sed a cumeis vlteriora petis.

AEra vetera Iulius in Verrē vocat prima stipendia hominis militaris.

L. Crassus orator duos scyphos Mētoris artificis manu cælatos habuit, emptos sestertiis centū. Confessus tamen est, nunquam se iis vti propter verecūdiā ausum. Author Plinius. Illud adiiciā, quod nec alienum à proposito videtur, nec parū prodesse ad retundendā nostrorū seueritatē possit, D. Claudiū Cæsarem conuiuæ qui pridie scyphū aureum surripuisse existimabatur, reuocato in diē posterū calicem fictilem apposuisse. Author Plu-

2008 Ministerio de Cultura

tarchus in libello, de Cohibenda iracundia.

Modiolus, vas paruum, factum ad modii similitudinem, cuiusmodi ferè sunt ea quæ gobeletta dicimus. Et Venetiis Latini vocabuli vestigia vulgo retinent: vocant enim mozol quasi modiol, propter affinitatem d, cũ z, vt nos admonuit vir egregie triplici lingua doctus Hieronymus Aleander Archiepiscopus Brũdusinus. Vitruuius, Ita cum rota à calcantibus versabitur, modioli pleni ad summum elati, & rursus ad imum reuertentes infundent in castellum.

In l. Medico, ad finem viriolas ex Smaragdis. Viriolas designare videtur Iuuenalis, cum ait,

Nil non permittit mulier sibi, turpe putat nil,
Cum virides gemmas collo circundedit, & cum
Auribus extersis magnos commisit elenchos.

Viriolæ enim, vt opinor, fiebant è gemmis viridibus, ad colli ornamentum. Ista vero, ne te decipiam lector optime, mea est coniectura: nihil enim quicquam istarum viriolarum, apud quenquã authorũ, de his qui probãtur, conscriptũ inuenimus, etiãsi sint qui apud Pliniũ lib. XXXIII. cap. tertio, viriolæ legãt: quo in loco, Vxoriæ lego ex vetustissimo & emẽdatissimo codice. Fibularũ enim mentionẽ facit Plinius, tã viriliũ quàm vxoriarũ. Verba autẽ Plinii sic habent, Sed in militia quoque in tantũ adoleuit hæc luxuria, vt M. Bruti Philippicis cãpis epistolæ reperiãtur fremẽtes, fibu-

2008 Ministerio de Cultura

las tribunitias ex auro geri. At Hercules, idem tu Brute, mulierũ pedibus aurũ gestari tacuisti: cuius sceleris nos coarguimus illum primum, qui auro dignitatem per annulos fecit, vt habeant in lacertis iampridem & viri, quod è Dardanis venit, itaque & Dardanium vocabatur. Vxoriæ Celticæ dicuntur viriles Celtibericæ. Quo loco sunt qui legant viriæ, alii viriolæ. Viriolarum meminit & Paulus Iureconsultus in l. Si tibi electio, suprà De optione vel electione leg. Quod quid fuerit, mihi incompertum est.

2008 Ministerio de Cultura

Antonii Thylesii COSENTINI LIBELLVS DE COLORIBVS.

2008 Ministerio de Cultura

LECTORI S.

Cum permulta, Lector, à Baysio, in libello De re vestiaria potuissent dici, quæ ad colorum varietatem cognoscẽdam viderẽtur apprimè esse necessaria: ne tamẽ etiam id à sua diligentia requireres, quod ab alio tractatum iam fuerat, & elegantissime explicatum: maluit vir prudens, & tuæ vtilitatis amantissimus, authorem ipsum, à quo hæc copiose desumas, his libellis subnectere, quã ipsemet desumpsisse, & suis scriptis inseruisse: ne videretur bonum authorem propria dignitate ac laude spoliare velle. Qui animus vtinã permultis idem esset, à quibus quotidie noui nescio quid prodit: scirent certe omnes quarum rerũ quisque verus esset inuentor: quis honor, quæque gloria iis esset tribuenda, qui suis scriptis studiosorum laborem magnopere subleuarent.

2008 Ministerio de Cultura

Antonii Thyleſii co SENTINI DE COLORIBVS LIBELLVS.

DICAM aliquid de coloribus in hoc libello, non quidem vnde cõficiãtur, aut quæ ſit eorũ natura: neque enim pictoribus hæc tradũtur, aut philoſophis: ſed tãtum philologis, qui Latini ſermonis elegantiam ſtudioſe inquirunt. Scribam omnia breuiter & accurate: ac rerum ipſarum nomina, quo ſtatim colores intelligantur, ſingulis apponam.

COERVLEVS. CAP. I.

EXordiar primum à cœruleo: quo niſi natura ipſa maxime gauderet, nũquã profecto deorũ hoc domicilium,

Continuo circum complexu cuncta coercens,

Specie tam læta vniuerſum exhilaraſſet. reliquos deinde contexam. Cœruleus igitur dictus quaſi cœluleus, vt ex voce ipſa apparet, proprie color eſt cœli, ſed ſereni: id quod Ennius reſpiciẽs, Cœli inquit, cœrula tẽpla. atque inde ab omnibus mare appellatur cœruleum: refert enim illud eundem,

2008 Ministerio de Cultura

quem ab ipſo ſuperne accipit cœli nitorem. Quare ex antiquis nõnulli, vt alterum Homeri opus, propter cædes, de quibus illic poeta loquitur, colore exornabãt ſanguineo: ſic Odyſſeam, vbi Vlyſſis idẽ maritimos ſcribit errores, membrana contegebant cœrulea. Sed quoniam cœrulei quædam ſpecies eſt penè nigra, vt quod Indicum dicitur, eóque olim veſtitu Græcæ mulieres amictæ producebant eorum funera, quorum in cœlum animas migraſſe cœruleum exiſtimabãt: idcirco pro triſti nõnunquã capitur, vt apud Virgilium puppis cœrulea Charõtis, Imbérque & ſol cœruleus. Cucumis autem cœruleus, nam id quoque legitur, Melopeponem ſignificat, qui inter cucumeres, multa enim ſunt eorum genera, pulcherrimus eſt. Nec tantũ cœrulei videtur particeps, ſed ipſius quoque mũdi gradus, introrſum verſus, attenuatos oſtendit, vt hoc olim de eo luſimus,

Quis neget è cœlo miſſum formámq;, colorémq;,
  Atque gradus cœli, Nectaris atque refert.

Eſt enim ſapore ſuauiſſimo. Sine vlla dubitatione, quod nos cœruleum, Græci dicunt Cyaneum, in quorum etiam commentariis Lazurion inuenio. Aſcribitur huic generi, qui venetus olim, nunc vulgo blauus nũcupatur color, ex factione Circenſi valde nobilitatus. Fuerunt autem colores in Circo, præter hunc venetum, roſeus, albus & praſſinus: quibus auratus poſtea, purpureus & lu-

2008 Ministerio de Cultura

teus additi sunt. De iis loco dicemus.

CAESIVS. CAP. II.

CAEsius vero si dictus esset, vt doctissimi viri monumentis olim tradiderũt, quasi cœlius à cœlo, eadem foret in cœlo & cæsio diphthongus. Constat autem esse in iis vocibus diuersam: nihil præterea differret à cœruleo, quãdo id, vt ostendimus, à cœlo deductum est: differt autẽ sine dubio, vel ex ipsius M. Tullii authoritate, cuius hæc sunt verba in primo de natura deorũ libro, Cæsios oculos Mineruæ, cœruleos esse Neptuni. Ad hæc, non quemadmodum legimus cœlum, mare, vestẽ, florem cœruleum: ita legimus cœlum, mare, vestem, florem cæsiũ: sed oculos tantum cæsios veteres dixerunt, quibus inest fulgor quidã visu horrendus. Vnde existimo, sicut Cæsar, & Cæso dicuntur, à cædendo: ita cæsium à cæde nominatum esse: vt qui cæsius sit, cædem quodammodo oculis minari videatur: qualis prælio gaudens & cæde dicitur fuisse Minerua, ex quo illa ab antiquis vocata fuit, vt ego arbitror, cæsia. Significat hoc M. Cicero, vbi de Catilina ait, Notat & designat oculis ad cædem vnumquẽque nostrum. Hic, qui oculis ad cædem senatores designabat, cæsius erat. Cuius etiam oculos Sallustius insignis historicus, fuisse tradidit fœdos, id est cæsios. Cuiusmodi memoriæ proditum est, Neronis quoque oculos fuisse: quod ipsum nõ leue fuit argumentum tyrãnicæ crudelitatis. Quin

2008 Ministerio de Cultura

à Terentio cæsii hominis facies dicitur cadauerosa, hoc est immanis, & sæuitiam arguens, qualem sicarii præ se ferunt & carnifices: quãuis alii parum erudite cadauerosam pro subliuida exposuerint. Enimuero leonis oculos siquis inspexit, qualis sit hic color, intelligit. Micãt illi, vt studiose ipsi propè considerauimus, velut ignis penitus flagrans.

Dicitur color hic Græce ab omnibus glaucus, quod verbum longo iam vsu Latini poetæ suũ fecerunt. Latius tamen patet glaucus: nam præter oculos noctuinos, quos, vt auis ipsius Græcum nomen declarat, omnes glaucos esse confirmãt: multa quoque dicuntur glauca, vt vlua palustris herba: vt salix, cuius cum frõdes, tũ multo magis cortex in ramis, præsertim anniculis, nitet hoc colore. Quẽ laudat Virgilius in equis, eósque noto carmine glaucos appellat, communi Italorũ lingua baios nominatos. Nam spadices honesti ab eodẽ poeta ibidem vocati, illustriores sunt aliquanto, baii & ipsi, sed clari vulgo nuncupati: atque ii duo aliorũ omniũ maxime probãtur colores in equis. Vlua igitur & salix, quas idẽ Virgilius glaucas dixit, equi item species optima, castaneæ etiam nucis tunica, aliáque multa, præter leonis ac noctuæ oculos, colorem glaucum ostendunt. Sed vt vnde discessi, redeam: quando cæsius color tantũ est oculorum, videndum est, ne is sit potius quem Aristoteles charopon vocat. Sic enim ab illo dicitur

2008 Ministerio de Cultura

leo ab oculorũ sæuitia, quam Catullus poeta doctissimus cæsiũ appellat. Vnde Hercules cognomẽto dictus fuit charops, quasi iracũdè intuẽs. Nam chara Græce, ira quoque dicitur Latine: & ex eodẽ vt puto, horrore Charybdis nominata est, & Charõ: de quo cum inquit Virgilius, Stãt circũ lumina flamma. Cæsium voluit senem illum horribilem, ac dirum significare. Quanuis non nesciam, charopon ab aliis aliter quoque exponi.

ATER. CAP. III.

HOrribilis etiam color est ater dictus, omnino velut anthrax, id est carbo: nã propriè est carbonis extincti. Quare scitè vt omnia, Terẽtius, Tã excoctã, inquit, reddã atq; atrã, quàm est carbo. Et inde à Virgilio cinis dictus est ater, & fauilla atra. Sanguis præterea caloris atque coloris ignei particeps, effusus ac frigefactus amisso rubore, tanquam in carbonem mutatus, ater ab omnibus vocatur. Dicitur & mors atra, quia cadauer extincto calore illo vitali, quo corpus alitur, atrũ relinquitur, vt est carbo, quæ mihi perquàm elegans videtur similitudo. Quid quod dies atri eadem de causa dicti fuerũt? Qui enim luctũ afferebãt, carbonibus: vt cõtrà dies læti scrupis signabantur gypseis. ex quo Horatius ait, Creta, an carbone notandi. Differt in hoc à colore nigro, quòd vt omnis ater est niger: sic non omnis niger est ater: horrẽdus est hic, tristis, visu iniucundus, lugentibus accommo-

2008 Ministerio de Cultura

datus, ille contrà nonnunquã lepidus ac venuſtus: vt humani oculi ſunt cõplures, quos nemo atros diceret, ſed nigros, iíſque tamen nihil maiori cum voluptate ſpectamus. Vocabatur autem ater ab antiquis etiam anthracinus, idémque furnus: quibus longe minus ſunt nigri, liuidus & fuſcus. Alter ex graui corporis ictu proueniens deformitatem habet. Vnde inuidi aliorũ bonis, velut verberibus laniati, & idcirco exangues, liuidi nuncupantur. Alter non inſuauis, & in homine perſæpe laudatur. Qui tamen, ſi modum excedit, ac maxime fuſcus eſt, & quaſi nigreſcit, preſſus dicitur: vt quæ aliquãdiu ſub prelo veſtis preſſa nimiũ coloratur. Legimus etiã equi colorem preſſum. Secus vero faſciolæ coloriſcæ dictæ fuerũt, quæ nõ ſaturatæ, ſed vix colore aliquo illitæ è coronis dependebãt. Eſt autẽ forma diminutiua, vt Liciſca, Syriſca. Aquilũ veteres hunc fuſcum à colore aquæ vocarũt, qui inter nigrum eſt & album, id quod Plato etiam docet.

ALBVS. CAP. IIII.

Est autem albus color puriſſimus, quocirca ad animum trãſlatus pro ſyncero capitur: iis nullibi quàm in niue, clarior eſt, quam tamen atram eſſe Anaxagoras affirmabat. Sumitur pro pallido, vnde timor albus legitur, & metu exalbuit. Quam ob rem Romanæ mulieres quondam funera ſequebantur in veſte alba, tanquam mortui quem efferebant, colorem referrent. Elucet

2008 Ministerio de Cultura

candidus, atque oculos delectat. At candens non hoc tātū est, sed pro ignito accipitur. Itaque Veneris humeros recte dixeris candidos, vel cādentes. Ferrum quod à marito tunditur, nō candidū est, sed candens. Eiusdem generis est canus, qui etsi ad alia transfertur, proprie tamē est capilli, & barbæ senilis. Nascitur equus nonnūquā canus atque albineus, non idem qui & candidus aut albus, sed huius nō expers. Est & color albi nigrique particeps, à Græcis inde Leucophæos, voce iam à nostris vsurpata, vocatus. Genus est id coloris natiui, non enim inficitur, sed ouis ipsa sic natura quasi pingitur. Hūc sibi secta sacerdotū sumpsit sanctissima, qui nulla tunica linea penitus induti, pro cingulo reste se vinciunt nodosa, ac ligneis tantum calciamentis vsi, precario victum quæritant.

PVLLVS. CAP. V.

QValis vero sit pullus, ostēdit terræ ipsius color: maior enim illius pars pulla est. Itaque quoniam ea mortuis iniicitur, voluerunt veteres, vt qui lugerent, pullis pallis, terræ similibus, essent amicti. Dorsum etiam leporinum proprie est pullum: quā ob rem naturæ ipsius doctus magisterio, terram recentem ab aratro metu pauidus quærit ille, ibique nonnunquam stratus, nullaque re abditus, venatores, canésque ipsos prætereuntes, ac sagaciter propè omnia perquirētes, coloris tātum beneficio sæpissime latet: &, vt in quodā epi-

2008 Ministerio de Cultura

grammate de lepore diximus,

Quē fuga nō rapit ore canum, nō occulit vmbra:
Concolor immotum ſub Ioue terra tegit.

Nulla arte aut impenſa color hic paratur. Natura enim ſic prouenit, vnde natiuus quoque vocatus eſt, diuerſus ab eo de quo locuti ſumus. Itāque nos Coſentini, apud quos multa antiquitatis veſtigia apparent, ſiquidem & præficæ, vt quondam, mortuos laudant, & ſilicernium in vſu eſt, ac nemo ſine ſuorum oſculo ſepelitur, vtriuſque ſexus veſtimentum funebre, natiuum dicimus: quanuis atrū ſit illud, & in mulieribus matrimonio iunctis cyaneum, quo Græce, vt dictū eſt, olim in funere vtebantur. Idem quoque Hiſpanus vocatus eſt & Bæticus, etiam Mutinenſis. In iis enim locis id genus lanæ videtur. Eſt autem pullus nomen, vt reor, diminutiuum à puro, velut à rara veſtimenti genere ſit ralla, ab opera opella, à terra etiam tellus: vt lana pulla ſit pura, nullo alio colore infecta, ſed ſuo tantū & ingenuo contenta. Colorias huiuſmodi veſtes per ſe coloratas aliqui dixerūt. Poſuit hāc vocem Auguſtus in ſuo teſtamēto, vbi hæc verba legebātur, Gauſapes, lodices purpureas & colorias meas. Atq; indidē, vt ſentio, dicti ſunt pulli equorum, aliarúmque pecudū, quaſi puri, nulla adhuc libidine aut labore violati. Sūt huic pullo ſimillimi color impluuiatus, dictus velut fumato ſtillicidio implut⁹: & ſuaſus, qui inſuaſus quoque vo-

2008 Ministerio de Cultura

catus, lutũ refert. Est autẽ suasus è stillicidio etiã factus fumoso in vestimento albo. Quare haud dubitãter nõ alius est quàm impluuiatus: quãuis aliqui tradiderint colorem omnem, qui fiat inficiendo, suasum dici, quòd illi quodãmodo sit persuasum, in alium quemuis colorem ex albo transire.

FERRVGINEVS. CAP. VI.

FErrum longo situ rubiginosum, facilè ostẽdit colorẽ ab ipso appellatũ ferrugineũ: agit enim is, id est refert colorẽ ferri. Quin & filamẽta, quib' sæpe conopæũ, & multæ præterea vestes lineæ circunsuũtur, ferruginẽ dicũt infectores. Tunica etiã nuclei pinei lanugine quadã puluerulenta, ferruginea est. Erat is quoque lugẽtiũ color. Itaq; capitur nõnũquã & ipse pro funesto, atq; ea de causa hyacinthi dicti fuerũt à Virgilio ferruginei, quasi lugubres: quia puerũ, vt est in fabulis, casu interfectũ Apollo diu luxit: atq; in eius foliis velut epitaphiũ, in sui doloris perpetuũ monumẽtum inscripsit, nõ quia verè floris color sit ferrugineus: est enim is, in quẽ mutatũ ferũt adulescẽtulũ, purpureus. De hyacintho in literatũ flosculũ trãsformato fecim' hoc,

Nil opus elogio redimire, aut flore sepulchrum:
Ipse sibi flos est, elogiúmque puer.

Eodem modo cœlum vocatur ferrugineum, hoc est nubilum & triste: atque apud eundem Virgiliũ, sol caput suũ nitidũ in morte Cæsaris texit ferrugine, quasi colorem se induit lugẽti aptũ: vt tanti viri

2008 Ministerio de Cultura

cædem ſol ipſe lamentari videretur. Nec alia ratione Charontis nauiculã dixit ferrugineã, quàm quoniã ea vna loco Sandapilæ, mortuos omnes veſpillo indefeſſus tranſuectat.

RVFVS. CAP. VII.

NOn eundẽ eſſe rufum, atque rubrum, ex hoc intelligi poteſt, quòd recte dicitur ſanguis ruber, rufus non recte. Rurſus barbam, & capillum AEnobarbi rubrũ veteres non dixerũt: ſed modo rufum, rutilum modo, qui idẽ eſt. Quin & canes immolabant Romani ſacerdotes, nũquam rubras vocatas, ſed quas nunc rufas, nunc rutilas appellabãt, ad placandũ caniculæ ſydus, frugibus inimicũ. Ex quo manifeſtum eſt rufum, rutilúmque eundẽ eſſe, id quod ex antiquis etiã aliqui docẽt. E canis igitur colore ſatis noto, atque è multorũ barba, & capillo, cuiuſmodi ſit color rufus, apparet. Hunc ruſtici in armentis robum, giluúmque olim dixerunt, atque etiã heluum, vt vini genus eſt quoddã inter rufum albúmque, nulli non cognitum: quod quoniã ceraſi colorem refert duracini, ceraſolum aliqui dicũt Italiæ populi. Sed & burrham iidem appellabant vitulam, quæ roſtro eſſet rufo. At homo burrhus eſt, qui prãſus, cibo & potione rubet: hunc aliqui etiã rubidum vocant. Inuenitur & rubeus, etſi aliqui non indocti vocem nõ eſſe Latinã monuerint: cũ tamen apud authores non malos ex vuis nigris fieri vinũ forte legatur, è rubeis

2008 Ministerio de Cultura

autem ſuaue. Necnon bos rubeus probetur. Verbum eſt omnino ruſticum, nec prorſus idem color eſt, qui & ruber, ſed ad eum proximè accedit. Quid quòd ruſſeus etiam legitur? negat quidam è vetuſtis grammaticis dici poſſe, ruſſum iubet, ex quo pannus eſt ruſſatus. Vtrunque certe Latinum eſt, ſed aratoris magis, quam oratoris: habent enim & ſua verba qui ruri viuunt, vrbanis nonnullis inaudita. Ruſſeum equum dicunt illi, qui non planè ruſſus eſt, ſed aliquãto minus ruboris habẽs, idem ferè videtur. Hic autẽ, quoniã quaſi cruentato ſimilis eſt, hodie ſaginatus, quaſi ſanguinatus vulgo nominatur: quanuis huius nominis nonnunquam equi albeſcant.

RVBER. CAP. VIII.

RVbrum maxime indicat animantiũ ſanguis, & quo lana inficitur, coccus: granum id à noſtris vocatur, vnde veſtis eſt coccina, nulli ignota. Oſtentat tamen hunc colorem præ cæteris rebus liquor purpuræ, cuius adeò gratus eſt color, vt ſi quid paululum habeat ruboris, modo viſu ſit illud non iniucundum, purpureum ſæpe dicatur, vt ſunt violæ, & varia florum genera: quin & candidus, is enim quoq; oculos remoratur, à poetis vocatur nonnunquã purpureus. Nam & olores purpureos dixit Horatius, & niuem ipſam purpureã Albinouanus. Inuenitur & blatteus poſitus pro purpureo. Non prætereũdus eſt color viteis fron-

2008 Ministerio de Cultura

dibus arefactis simillim⁹, & idcirco xerampelinus Græce dictus. Vsurpāt hanc vocem Latini: certum enim vitis genus adulto iam autumno pampinis rubet velut cruētatis, vnde nomen colori inditum est. Rosa ab omnibus nunc dicitur sicca. Atrabapticas vestes eo colore infectas, quoniā in eo purpura nigresceret, aliqui appellauerunt. De ea re fabellam excogitatam his versiculis fui complexus,

Cæderet immeritæ vitis dum crura, cecidit
Ipse sua: & dira cæde Lycurgus obit.
Vnde prius viridis, rubet hostis sparsa cruore
Illæso vitis stipite, & vlta nefas.

ROSEVS. CAP. IX.

IVcundissimus omnium est color roseus, atque humano corpori, si id formosū est quàm simillimus. Itaque os, ceruicē, papillas, digitos roseos poetæ dicunt: id est candidos, rubore sanguinis penitus diffuso cum venustate: ísq; color proprie est quem communis sermo incarnatum vocat. Refert enim maxime omniū pueri nitorem, ac virginis rosa, non Milesiam intelligo: quæ nimis purpurea ardere quodammodo videtur, nec rursus albam: sed quæ vtrinque decorem accepit, & quia corpus hominis imitatur, quod lingua vernacula carnem appellat, eadem id genus rosarum incarnatum nominauit. Cicero colorem hunc suauem dixit.

2008 Ministerio de Cultura

PVNICEVS. CAP. X.

A Phœnicibꝰ color phœniceus, puniceus quoque dictus flagrat, velut viola flammea: atque ita à multis olim purpura vocata fuit violacea, hodie penè nomen seruat: nã Paonacius, quasi puniceus dicitur, etsi aliqui vocem hanc vernaculam à pauonis colore factam volunt. Phœniceum vero aliũ ab hoc palma (quæ phœnix Græce est) à se nominauit. Color hic in equo, vt iam diximus, maximè laudatur, qui modo spadiceus, baius modo, badius etiam & balius, variis nominibus vocatus est. Termites enim palmarũ cum fructu spadices, & baia Græci dicunt: vnde equus ab equisonibus appellatur baius.

FVLVVS. CAP. XI.

EX omnibus maxime lucet fuluus, quem multa iactãt, orichalcum in primis, aurum, ipsæque etiam stellæ:

Quas non extinguũt venti, non nymbus aquosa
Nube cadens: celsa semper sed luce coruscant.

Quare Tibullus proprie sydera fulua appellauit. Est & aureolæ species arenæ, quam fuluam dixit Virgilius: & genus quoddam aquilæ ab Aristotele maxime celebratum, colore etiam fuluo. Qui si obtusus quodammodo est, atque obscuratus, vocatur rauus. Iámque sic Horatius lupam appellauit, cuius colorem noto magis verbo plerique omnes fuluum dixerũt. Tradunt aliqui rauos o-

2008 Ministerio de Cultura

culos, quos in cane & ariete laudat M. Varro inter cæsios esse & flauos.

Ornat sæpe color hic flauus virginum, ac puerorũ capita: atque in maturis frugibus semper elucet, necnõ pro pulchro freqũeter positũ videmus.

At luteum nihil æque ostentat, ac flos calthæ & genistæ, ouíque etiam vitellus. Croceo est hic perquam similis, sed lucidior aliquanto: ab antiquis flammeus quoque dictus, quoniam eo flaminis vxor flaminica vtebatur. Potest hoc loco pallidus poni, ac luridus: mortui color est hic horribilis, ipsiúsque mortis, vt poetæ dicunt, & Plutonis. Ille nõnunquã vel gratus in homine, atque amabilis.

VIRIDIS. CAP. XII.

CViusmodi sit color viridis, suppeditat exemplum herbarum multitudo, quarum tãta est varietas, vt cum earum vis sit infinita, nulla tamẽ æque, atq; ex iis aliqua prorsus vireat: sed omnes inter se discolores videantur, id quod in reliquis omnibus coloribus apparet. Quare si minus est hic albus aut niger, quàm ille: non idcirco nomen albi amittit, aut nigri. Ex auib⁹ autem insignis est hoc colore psittacus, auis inde à quibusdã viridis appellata, & qua nihil lætius est, smaragdus: maxime quoque lucet viriditas in genere quodam scarabei, cuius ipse meminit Aristoteles. Is quoniam dorsum habet, nota quadam aureola sic litum atque illustratum, vt lunæ speciem exiguæ sustine-

2008 Ministerio de Cultura

re videatur, non inuenuſte à nobis Coſentinis equus lunæ nuncupatur. Fecimus hoc iampridem de ſcarabeis iocoſum epigramma,

Paruula Siſyphio gens condemnata labori,
Quas figula ipſa facit, fertque refertque pilas.
Pars nigra, vt AEthiopũ manꝰvſta coloribꝰ horret,
Regia pars viridi picta colore nitet.
Parua micat cuius dorſo nota, magna minutis
Si conferre licet, luna puſilla velut.
Dixit equũ lunæ hinc cognomine Brutia tellus.
Quòd ſi bellator ſic nituiſſet equus,
Illo capta foret non vna Semiramis, eſſent
Centauri & plures, quàm genus eſt hominum.

Egregius eſt inter colores, qui virẽt, praſſinus, multorum carminibus collaudatus, nunc viride porrum ab infectoribus vocatur.

EPILOGVS. CAP. XIII.

Libet epilogum addere, varietatem proprie de coloribꝰ dici, ex quo veſtis varia, diſcolor eſt, diuerſiſque coloribus conſuta. Diuiſam nunc omnes vocant, & equus varius non totus vel candidus vel niger, ſed his, aliiſve coloribus diſtinctus: ſic & cœlum varium, cuius partes ſerenæ interlucent, partes nubilæ triſtantur. Atque alium ſæpe pro alio, ſi inter eos affinitas eſt, colorem vſurpãt poetæ, vt lumen Mineruæ flauum dixit Virgilius pro glauco, quo venuſtatem quoque eſſe in oculis Deæ oſtenderet: quemadmodũ amictum Ty-

2008 Ministerio de Cultura

beris, cuius aquam alibi ſlauam appellauit, glaucum idem eſſe cecinit: eſt enim inter hos colores ſimilitudo & quaſi vicinitas. Sic, vt iam dictũ eſt, albus pro pallido, ac cœruleus pro ſubuiridi poeticè ponitur, próque etiam ſubnigro, multíque præterea inuicem cedunt. Ex omnibus vero maxime contrarii ſunt albus, & niger: quare nihil æquè apparet, atque in alba papyro atramentum. Vtebantur veteres, quod nunc etiam ſeruatur, cum librorum titulos notarent, colore puniceo in honorem memoriámque Phœnicum, quos literarũ tradunt fuiſſe inuẽtores. Sunt etiã è coloribus aliqui incerti, qui intuentiũ oculos fallũt, vt eſt cœli nitor: quod cum tenebroſum quidã autumẽt, illuſtratũ radiis ſolaribus cyaneũ videtur, vt iris, vt quas ſuſpicimus nubes nonnunquã igneſcere, vt mare ipſum, quod præter cœruleũ, modo atrum horret, modo vireſcit: interdum etiã flauum, rauúmque ſe oſtendit, aut ſpecie quadam purpuraſcit violacea. Non idem quoque decor in collo cernitur columbæ & pauonis, vnde aues ſæpe dicuntur verſicolores, quale eſt ſerici genus ſatis notum, quod è diuerſis partibus ſpectãti non eundem offert coloris leporem.

Diſcolor autem non modo pro vario ſumitur, ſed ſi quid eundem colorẽ velut radios quoſdam diffundit, vt, Diſcolor vnde auri per ramos aura refulſit. At decolor is dicitur, ex cuius ore color

2008 Ministerio de Cultura

defluxit,& exanguis relictus est, atque idcirco pro deformi capitur & nigro, vt decolor Indus: nam concolorem eiusdem esse coloris nemo ignorat. Ad hæc colores bifariam diuiduntur, nam austeri vocabantur reliqui omnes, præter minium, pur purissum, cinnabarim, armenium, chrysocollam, indicum, quos floridos dixerunt. Sed hæc pictores videant, quibus olim in vsu tantum erat melinus color, candidus. Silaceus, qui inter cœruleos nominatur, Sinopis genus rubricæ, & atramẽtum. Quidam etiam suaues dicti sunt, vt flauus, purpureus, candidus, in primis roseus: humanis autẽ oculis nihil venusti hominis colore suauius videtur. Inesse vero coloribus suauitatem, præterquã quod sensus ipsi iudicant, egregii Latinitatis authores ostendũt, M. Cicero, & Virgilius Maro: quorum alter suauem hominis colorem dixit, ab altero suaue rubens hyacinthus vocatus est. Alii tristes sunt & lugubres, velut atrum esse diximus, pullum ferrugineum, & cœrulei speciem. Quin vt videntur, sic sordidi etiam aliqui dicti sunt, vt de quibus locuti sumus, suasus & impluuiatus: iis enim rei vt misericordiam apud iudices captarent, se deturpabant. Talem quoque fuisse vestitum Charontis ostendit, cum inquit Virgilius,

Sordidus ex humeris nodo pendebat amictus.

Iam verò colores partim nominati sunt à locis, vt Puniceus, Tyrius, idémq; Sarranus. Purpurei sunt

2008 Ministerio de Cultura

hi, Indicum, Sinopis, Melinus, Hispanus, Bæticus, Mutinẽsis, de quibus dictum est. Colossinus à Colosso vrbe in Troade, vbi lana inficitur, florem referẽs cyclamini, quod tum rapum, tum terræ malum, ac tuber vocatur, à nobis Cosentinis terrigena. fulget flos ille inter candorem & purpuram.

Partim à metallis nuncupati sunt, vt plumbeus, ferrugineus, argenteus, aureus. Sed à plantis nomen acceperũt complures, vt præter phœniceum, id est palmeum, ac xerampelinum, Buxeus est qui pro pallido sumitur: pallet enim præ cæteris buxea materia. Roseus præterea hyacinthin', in quo purpura lucet subnigra. Hysginus ab hysge herba: coccinus, & vtrique similis sandycinus. Violaceus qui & ianthinus, ex quo tyrianthinus, è purpura vt nomen indicat, factus, & viola. Additur his croceus. Vnde crocotula vestis genus, vt à calta caltula: à bysso lini genere tenuissimo byssina: erántque hæ omnes luteæ, sed byssina penè, vt aurum fulgebat. Fuit in vsu vestis à citri similitudine, citrosa dicta. Et quædam coloris candidi, papauerata à Lucilio Satyrico, cum eam, vt probrũ, Torquato obiecisset, nominata. Inuenitur quoque Galbia vestis alba à Galbano. A maluæ item flosculo color est molochinus, vt à Punicæ etiam flore balaustinus. Virentis quoque porri folia nomen ex se, vt iam diximus, fecerunt prassinum. Multi præterea ab animalibus vocati sunt, vt ceruinus, murinus.

2008 Ministerio de Cultura

Atque hi colores ſunt in equo notiſſimi. Muſtellinus, de quo Terentius. Ictericus, qui regio morbo laborat, à colore galguli, quam Græci auem icteron dicũt. Luteus eſt hic admodum. Cygnæus, idémque Latinè olorinus, id eſt candidus, vt contrà coracinus, niger. Aſcribuntur & his oſtrinus, conchyliatus, muriceus, purpureus, ab Hercule vt fabulantur, primum inuẽtus. Feci paucos de ea re choriambos, quos viſum eſt hîc ponere.

Errat dum bibulis Herculeus littoribus canis,
Nantem forte videt ſpumifero gurgite purpurã:
Aggreſſúſque ferox corripuit viſcera mordicus.
Mox paſtus rediit cõmaculãs gramina ſanguine.
Quem Tyro ſimul ac pulchra videt (nanque erat hæc comes)
Prolutum roſeis candida ſic ora coloribus,
Alciden alloquitur, Non alio munere te ſequar,
Quàm ſi picta mihi palla rubens huic ſimilis datur.
Quod nunc per ſpolium terrificæ te rogo belluæ,
Inuictǽque manus robora, per tela ſonantia,
Non ignota auibus nubila tranſlata fugacibus,
Da ferre hæc (poteris nam omnia) nec te tenuit maris
Circùm fuſa palus, heſperidum quo minus aurea
Ferres munera. Sic brachiolis fata reuinciens
Robuſta, implicuit nympha procax colla tenaciter.

2008 Ministerio de Cultura

Paret victus amans blanditiis Amphitryonius:
Nactúsque exanimem, quam expuerat iam mare, purpuram,
Infecit tyrio primus ouem murice candidam.

A rebus denique diuersis nonnulli colores dicti sunt, vt igneus, flammeus. Sic orbis nitórque solis ab Attio & Catullo appellatus est. Quare color solis, & quia ita apparet, & ex illorum authoritate flammeus proprie potest vocari. A cœlo, vt iam principio dixi, cœruleus est. Marinus, & thalassinus à mari: ab vnda cymatilis & cymatius: idémque est in iis omnibus color. Quinetiam ab arqu pluuiarum nuntio, arquatus est nominatus. Hyalinus, qui & vitreus, niueus, marmoreus, lacteus, eburneus, quo dictus fuit cognomẽto propter candorem corporis Fabius quidam. Amethystinus præterea, ex quo tyriamethystus in vsu fuit olim. Sãdaracinus, flammeus est is, quibus etiã impluuiatus, sanguineus, atque herbidus adduntur. Cæreus item, piceus, cinereus, vt cardui genus esculenti à colore, Cinara vocatum. In hoc autẽ carduo esse etiam aliquod ipsius virtutis simulachrum, pauci, quos hîc subieci, declarant versiculi.

Vt vallatus acutis
Circum frondibus horret,
Intus sed tamen abdit
Dulcem carduus escam:
Cœlo missa sereno

2008 Ministerio de Cultura

Sic virtus, puer aſpris
Ambit ſentibus ipſam
Iucundam ambroſiam Diis.

A ſpumis quoque & maculis, ſpumeus eſt & maculoſus: atque ii equorum ſunt etiam colores, vt à guttis guttatus: cuiuſmodi præter equos, canes videtur nonnulli ſagaces, quos à muſcarum ſimilitudine muſcatos dicunt, velut equus ſcutulatus à ſcutulis: quem ab exiguorum pomorum ſpecie, pomulatum vocant equiſones, & ſi orbes ſunt latiuſculi, rotatum. Videtur ad extremũ natura amare cœruleum: eo enim, vt initio diximus, mare collustrauit, ac cœlũ ipſum: quod nũquam ſtellis fulgentibus ornaſſet, niſi eadem quoque fuluo maxime delectaretur. Sed quia viciſſim videmus terrã, aut viriditate conueſtiri, aut eo ornatu ſpoliatam, pullam eſſe, aut etiam candore niueo contegi: viridem, pullũ, atque album naturæ gratum eſſe nemo poteſt dubitare. Nigra inſuper eſt nox: nigri ſunt Indi, atque AEthiopes. Gaudet igitur rerum mater colore nigro: quam à rubro nihil abhorrere, hominum, ac cæterarum animantium ſanguis facile declarat.

PP.ii.

2008 Ministerio de Cultura

INDEX TAM GRAECARVM QVAM LATINARVM dictionum, quæ in his tribus libellis explicantur, iuxta paginarũ numerum compositus. Aduerte autem, vbi n literam numeris postpositam videris, in libello De re nauali tibi esse quærendum. Aliorum trium libellorum numeris nihil postposuimus.

A

A. Hirtij locus emẽdatus 17.n
A. Marcellinus de Seribus 30
abolla 81
ἀκάτιον 99.136.n
ἄκατος 100.n
accincti 36
accingere 37
accũbendi mos. 173
accursij lapsus 12. 162
acernæ 171
achaicæ naues. 21.n
acrostolia 134.n
ἀκροςόλιον 41.n
ἀκρωτήρια 152.n
acroteria 167.n
actuaria 96.n
actuariolum 98.n
Adulterij pœna. 43
αἰχμάλωτοι νῆες. 152.n
ægyptiæ naues. 21.n
æratæ naues 73.n
æs Corinthium 165
æs Deliacum 165
æstate lænam deteris 82
ἄγκυρα 145.n
Ahenum 136
Alabaster 159
albus 188.198
alciatus .162
alexandriæ situs 61
ἀλουργής 20.54
alueus. 115.126.165.n
Amethystinatus. 14
amethystini & hyacinthini differẽtia. 20
amethystinus 202
amethystus 14
amicitia prætextata. 52
amiculum 82
aminocles Corinthius 26.n
amphimalla 79
ἀμφηρικὸν ἀκάτιον. 101.n
amphitapa 79
ampulla 160
Anademata 162
anaxagoras niuem atram dixit 188
anaxyrides 100
anchora 146.166.n
ãchoralia. 146.166.n
ἀνδρεῖον 46
ab Animalibus 201
ansercul⁹. 148.166.n
antenna 134.165.n
ἀντίρεται 143.n
ἀνθιναὶ vestes 54
antiatiũ tẽplũ 75.n
antiqua minerua. 55
Aperta nauis 29.n
ἄφρακτα 98.n
ἀγκαλίδιν 146.n
appellatio purpuræ. 12
appiani locus emendatus 98.n
aptæ naues 45.n
Aquarię naues. 92.n
aquilus color 188
Archetypa 177
arenaria nauis 93.n
ἀργώ nauis 3.n
argô vnde 4.n
arma 38
ἄρμενον 138.n
arquatus 202
artemon 136.n
artolagani 132
ἄρτος ναυτικός. 133.n
Asbestinum 25
asiaticæ naues 21.n
asyntheta 144
Ater 187.199
athenæi locus emendatus 154.n
athenienses 63
atra mors 187
atrabapticæ vestes. 194
atri dies 187
atrum mare 198
attalicæ 34
attalus 34
αὔτανδρος ναῦς. 155.n
aurea palla 33
aurei claui 34

2008 Ministerio de Cultura

aureliani dictũ 29
aureus 97
αὐτόφορτος ὁλκάς. 155.156.n

B

Babylon 35
babylonicæ 158
badius 195
baij 186
baius 195
βαλαντιοκλέπται. 149
βαλάντιον 91
βαλαντιοτόμοι. 149
balanstinus 200
balius 195
baltheus vnde dictus 93
baptista AEgnatius. 34.102
bassin 177
Biremes celeres. 19.n
biremes leues 18.n
biremis 12.16.n
Blateus color 29
blauus 184
Bombyces 30
bombycina 30
Brachæ 101
brachati Galli 101
Bubali 158
buccinum 12
budæi laus 41.163
bulbus lanifer 26
bulla 51
burrha 192
burrhus 192
buxeus 200
Byssina 200
byssus 27.200

C

C. Pollio 176
caccabus 134
cæreus 202
cæsar Augustus 36
cæsia facies 186
cæsius 185
cæsijs oculis catilina 185
calantica 98
calciamenta œdina. 159
calix vitreus 153
calos 165.n
calpis 154
camisia 68
candens 189
candidę lacernæ. 84
candidus 189
candys 100
canonici 85
canus 189
canusinæ 5
canusinatus 5
capedo 129
capital 94
capitia 90
captiua nauis 152.n
carbonariæ rates. 93.n
cardinaliũ cultus. 85
carchesium 165.n
carina 126.165.n
caristius lapis 26
carruca 111
carrucaria mula 112
carteia 12
carthaginenses. 26.n
castaneæ nucis tunica 186
castaneus 9
καταδύειν 157.n
κατάφρακτοι. 97.n
κατάφρακτος ναῦς. 30.n
κατασκοπικά. 103.n
catascopium 103.n
κατάστρωμα. 127.n
catastromata 139. 165.n
καθαρόν 47
catilina oculis cæsijs. 185
catinus 115
catonis fides 84
catonis frugalitas. 65
caudex 163.n
caudicæ 163.n
causia 60.100
κέλης 104.n
κέλητες 10.n
κελήτιον 104.n
celetizontes pueri. 106.n
κελευστής 132.n
celoces piraticę. 76.n
censores 51
centũ quadrãtes. 42
centuripina nauis. 27.n
κεραία 134.n
cerasolum 192
cercuri 106.n
ceruinus 201
χαλκέμβολοι. 174.n
χαλκώματα. 74.n
chapeletz 131
chara 187
charopos color. 186
charops Hercules. 187
χειρίδωται 67

2008 Ministerio de Cultura

χειρόμακτρα 26
χ..νίσκος 148.166.n
χιτὼν πλατύσημος.72
χιτῶνες περιπόρφυ-
ρος 49
chlamydis effigies
60
chlamys Alexan-
dri 61
χλαῖνα 81
χλανίς 82
chriſendetæ 115
Cibila 168
ciceronis locus e-
mendatus 97.n
cidaris 95.96
cinctura, cinctus.93
cinereus 202
cingula 93
κίταρις 95
citreæ menſæ 171
citroſa 201
citrum 200
Claſſis 152.n
claudij factum 178
claui aurei 34
claui in mappis 72
claui purpurei 121
clauus 71.165.n
Coa 31
coa nauis 22.n
coa veſtis 31
coactilia 102
coccina 22.193
coccina tunica 72
coccinatus 22
κόκκος βαφική 22
coccum 21
coccus 193
cœlius 185
cœlũ ferrugineũ.191
cœnatoria pallia.76
cœrulei coloris à cœ
ſio differentia.184.
185
cœruleum mare.183
cœruleus 8.10.183.
202.203
cœrulus, cœſius 8
in equis quis Color
probetur 186
color blateus 29
color charopos.186
color fuluus 6
color glaucus 186
color luteus 8
color molochinus.9
color ruber 10
color ſuauis 194
color varius 197
colores incerti 198
colores lanarũ præ-
cipui 6
de Colorib⁹ ex Gel
lio 7
de Coloribus ex Pla
tone 9
coloriæ veſtes 190
coloriſcæ faſciolæ.
188
coloſſinus 200
colum niuariũ 148
comagenum 155
comba 165.n
comæ flauentes 7
comœdiæ togatæ.43
concha 143
cõchyliata veſtis. 18
conchyliatus 201
conchylium 12
concolor 199
conſcẽdere nauem.
157.n
conſetinis terrigena
200
conſtrata nauis.28.n
conſtratæ naues vn-
de dicerẽtur 31.n
cõſulares trabeæ.54
κοντωτά 122.n
κῶπαι 142.n
κωπήρης 98.n
coracinus 201
κόραξ 150.n
corbis 165.n
corbita 92.166.n
corinthium æs 165
cornelius Nepos 13
cornelius Tacitus.
32.82
cornua 165.n
coruſcatio 10
Κρατήρης 44.n
croceus 200
crocomagma 158
crocota 8
crocotarij 9
κροκώτιον 9
κροκωτὸς 9
crocotula 200
κρωσσοί 160
κρέμασθαι πρύμναν.
130.n
cruſtæ 126
cruſtarij 126
cryſtallus 144
Cubicula viatoria.3
cucumis mundi ty-
pus 184
culcitræ ſubalares.
173
cultus cardinaliũ.85
Cybea 89.92.n

2008 Ministerio de Cultura

κυβερνήτης 167.n
cygneus 201
cylibantum 168
cylindri 142
κῦμα 8
cymatilis 8.202
cymatius 202
cymba 94.117.n
cyna 99
κυνῆ 99
cyrbasia 96
D
D.Lazarus 67
danais 5.n
dare vela 139.n
Δικήρης 38.n
decolor 199
decussare 145
decussis 145
defringere remos. 142.n
deliaca supellex. 166
deliacum æs 165
δελφινοφόροι 155.n
deltaria 148
demetrius Poliocretes 61
demosthenis locus. 82.n
deprimere 157.n
descēdere ad naues. 157.n
δεσμαὶ καλάμων. 113.n
detergere remos. 142.n
Diadema 96.97
diadema & reginarū fuisse 97
diadematus Metellus 98
διαζώσασθαι 102
dibaphum 13
δικωπία 116.n
δίκροτος ναῦς 10. 16.17.n
dictū Aureliani 34
διήρεις πλοῖον 16.n
differentia vnguentorum 157
dinocrates 61
dionysius 2
disci 168
discincti 36
discolor 198
δίσεως 163.n
Doctores nostri seculi 85
δωδεκάσκαλμον πλοῖον 105.n
dolò 137.n
domestica tunica.70
dorsum leporis pullum 189
δραχμαί 66
druidæ 68
δρύοχον 126.n
dryochos 165.n
Ducere vela.139.n
duplex plumbū. 113
dulciaria 168
E
Eburneus 202
effigies chlamydis. 60
εἰκοσήρης 38.n
εἰκόσορος ναῦς 8.n
Elenchi 142
Emblemata 126
ἔμβολος 74.n
Ἑνδεκήρης 38.n
endromis 77
ἑνήρης 44.n
ἑννήρης 38.n
Ἐφαπτίς 59
ἐφεστρίς 58
ἐφόλκιον 116.n
Ἐπακτροκέλης.106.n
ἐπιβαίνειν 158.n
ἐπιβάδες 97.n
ἐπίδρομος 138.n
ἐπίνειον 153.n
epotides 165.n
ἐπωτίς 145.n
Ἐρέται. 143.167.n
ἐρετμός 142.n
eriophoron 27
ἐρυθρός 6
Ἐσχαρεύς 132.n
ἐσθής 2
Ἐξωμίδες 65
expensus locus Taciti 33
F
Facere vela 139.n
facies cæsia 186
farinaria nauis 93.n
Feminalia 102
ferculum 118
ferrugineum 191
ferrugineus.9.191.199
ferruminatio.113.114
Fibulæ vxoriæ.179
Flāmeus 195.202
flauum mare 198
flauentes comæ 7
flauus 7.10.196.198
florentinus 10
fluuiatiles naues. 111.n
Fori 166.n
foriculi 130.n
forus 127.129.130.n

2008 Ministerio de Cultura

Frugulitas catonis. 65
frugalitas Massilien sium 66
frumentaria nauis. 89.n
Fulgor 10
fuluus 10.195
fuluus color 6
fuscus 10.188

G

Galeones 80.n
galerus 95
galbia vestis 201
galli brachati 101
galli φιλέλληνες. 68
gallia togata 45
gallica palla 76
gallicæ 86
gaulus 93.94.n
gausapes 190
gausapinapenula.89
Gellij locus restitu tus 95.n
genera lanarum 5
genera trabearũ. 56
georgius merula. 50
Giluus 192
Glaucus 8.10.198
glaucus color 186
Graues naues.89.n
grauia nauigia.96.n
Gubernacula.165.n
gubernaculũ 166.n
guberuator 167.n
guttatus 203

H

ἁλιάς 106.n
ἁλιευτικὸν πλοῖον. 95.107.n
harpagones 150.n
ἁρπαξ 150.n
Hedolia 166.n
ἑδώλιον 127.129.n
helotes 99
heluus 192
hemiolia 46.n
hepteres. 35.37.38.n
herbidus 202
hercules charops. 187
ἑρμονίς 88.n
hexeres 35.36.n
Hieronymus ale- xander 179
ἱμάτιον 46.47
ἡμιολία 76.77.n
ἡμιόλιαι 46.n
hippagines 81.n
ἱππηγός 82.n
hispani togati 45
ἰσός 135.165.n
Hodœporica 2
ὁλκάς 89.91.n
holoserica vestis. 28
honesta palla 76
ὁπλιταγωγός 91.n
Hyacinthi 191
hyacinthina 20
hyacinthinus 200
hyalmus 202
hydria 154
ὑπηρετικά 96.n
ὑποσκαλμός 125.n
ὑσγινοβαφῆ 24
hysginum 24
hysginus 200

I

I.Gillius 35
ianthina 19
ianthinus 200
ianus lascaris 143
Ictericus, icterõ.201
Igneus 202
Illyricę mulieres.92
Ima tunica 67
impluuiatus 190. 200.202
Incarnatus 194
incerti colores 198
inferre vsꝰ trabeę.56
inhibere 130.n
insitæ picturæ 35
instita 89
instructa nauis.45.n
interscalmiũ. 125.n
interula 68
inuentio purpuræ.11
ἴον 19
iouis tunica 16
ἱπποκλειδιον 137
Irinum 156
Ius lati claui 71
iuuẽtus tunicata. 65

L

Labacioristus. 159
lacerna 83
lacerna erat & pau- perum 85
lacerna & penula pe ne pro eodem. 88
lacernæ candidæ.84
lacernæ tyriæ 15
lacernis & mulieres vsæ 85
lacernarum vsus.83
lacteus 202
læna 81
lænæ villosæ 82
lagena 165
lanarũ colores præ- cipui 6
lanarum genera 5

2008 Ministerio de Cultura

lances variæ 114
lanifer bulbus 26
lanx 114
lapis cariſtius 26
lapus interpres 80
laſana 164
laſcaris 2
latera nauis 126.n
latus clauus 71
λεκανίς 120
lecti 173
lembus 101.n
lenunculus piſcatorius 94.n
lex militaris 80
Liburni 19.n
liburnicæ naues. 18. 19.20.21.n
ligna acapua 103
lignaria nauis 93.n
liguſtica ſaga 81
limbus 90
linea lorica 37
linei thoraces 37
de Lineis veſtib9. 25
lintres 112.n
ληστήριον νομαδικόν. 77.n
ληστρικὸν πλοῖον 76.n
liuidus 188
Loc9 capitolini. 103
locus Ciceronis reſtitutus 86
locus Macrobij reſtitutus 135.n
locus Martialis 89
locus Matthæi 21
locus Pauli 102
loc9 Plinij. 19.98.104
longæ naues 3.n
longolius 104
lorica linea 37
Ludouicus Cælius. 96
luridus 195
luſitani 80
lutaria nauis 93.n
luteolus 10
luteus 8.195
luteus color 8
λύεσθαι τὰ ἀρρύγεια 146.n

M

Macedones 59
μακρὰ πλοῖα 6.n
macrobius 51
maculoſus 203
magida 117.168
magis 117
maiores naues 35.n
malebathrum 156
malluuium 129
malus 135.165.n
mandya 88
μανδύη 88
manicatus 67
mantica 175
manus ferreæ. 150.n
marcellus 10
mare cœruleum. 183
margaritæ 139
marinus 202
marmoreus 202
martha 29
maſſilienſium frugalitas 66
matella 164
matellio 165
mauri 171
Media tunica 68
medica veſtis 30
megalenſis purpura 15
melinum 156
melitites 134
menſæ 168
menſæ citreæ 171
menſæ rotundæ 171
menſæ ſecundæ 168
meſſa 175
meta molendinaria 112
à Metallis & plantis 200
metellus diadematus 98
Miliarium 136
militaris lex 80
mitra 93.162
Modiolus 179
molendinaria meta 112
molochinus 201
molochinus color. 9
monima 97
μονήρης ναῦς 10.n
μονοχίτων 68
μονόκροτος ναῦς 10.n
monopodia 172
monoxylæ lintres 115.n
moreus 10
mors atra 187
mos Catonis 65
mos iurecõſultorum 80
mos manumittendi ſeruos 94
Mula carrucaria. 112
muliebris ſtola 89
mulierũ priuilegia apud Romanos. 51

2008 Ministerio de Cultura

mulſum 132
mulſum cibi genus 133
munera antiqua 55
murices 18
muriceus 201
murinus 201
murrhina 119.143
muſcatus 203
muſtelinus 201
mutinenſis 6
Μυωπάρω 76. 79.81.n
myoparo piraticus 77.n
myoparones parui 78.n
μυειοφόρος ναῦς 155.n

N

Nardinum 156
natiuum 190
natiuus 190
nauales ſocij 144.n
naualia 153.n
ναυαρχίς 75.n
nauicella 94.n
nauicula 124.n
nauicula parua 106.n
nauigare in Maſſiliã 66
nauigiolum 123.n
nauigium 123.n
ναύσταθμος 154.n
nautæ 167.n
τὸ Ναυτικόν 152.n
nautilos 21.n
Νεώρια 153.n
νεωσοικοι 153.154.n
neſichthon 32.n
Νικομηδίς 88.n
niger 198
nigra 203
νηίτης ςρατός 152.n
nimbus 153
niuarium colũ 148
niueus 202
Numa 60
numiſma 178
nummus 14

O

Obſonator 172
obſones 172
ὀκτήρης 38.n
oculus 165.n
OEdina calciamẽta 159
œnomali 133
Olla 135
olores purpurei 193
Oneraria nauis 5.6.88.n
onyx 160
Opella 190
opera 190
opera togata 70
opiferi funes 165.n
ὄψον 172
Orã ſoluere. 146.n
orbes 170.171
ornamẽta ſenatoria 53
ornamenta triũphãtium 55
ὄρθιος νόμος 130.n
Oſtrina veſtis 9
oſtrinus 201
ὀθόνη 78
othonia 78
ὀρήνη 164

P

πάκτωνες 112.n
palearum nauis. 93.n
palla aurea 33
palla Gallica 76
palla honeſta 76
palla tragœdi vtebantur 77
palla vnde dicta 77
pallia cœnatoria. 76
pallia communia. 73
pallidus 195.198
palliolatus 75
pallium 73
palliũ philoſophorum 73
palmata toga 54
palmata tunica 71
paludamentum 57
paludamentum Galliæ 58
paludamentum imperatorum geſtamen 59
paludati 57
pamphile 31
panathenaicum 156
pandere vela 139.n
paonacius 195
papauerata 291
paraſemon 147. 165.n
παρασύρειν 143.n
paropſides 122. 123
patella 120
patina 118
patina Vitellij 119
paulus AEmilius 49

2008 Ministerio de Cultura

Pelagus 13
pellene 83
pellenicæ 83
pelluuium 129
pelues 129
πεντεκαιδεκήρης 39.n
πεντηκόντορος 8.n
penula 86
penula gauſapina 89
penula viatoria 87
penula ſcortea 87
penula vſi oratores 88
penulæ vſus 86
penulã ſcindere 87
penulati 86
περίλδυκον 48
περίνεως 143.n
περιπόρφυρος 16. 48
περιθωρακίδια 80
περίζωμα 102
perſarum mille naues 25.n
pes 140.n
petaſati 99
petaſos 99
petaſus 99
φαινόλης 88
φαινομηρίδες 74
φάσηλον 103
phaſeli 155.n
phaſelus 79.80.n
phiala 137
phialium 137
phœniceus 7.200
phœniceus color in equo 195
φοινικίς 20
φορτηγικὸν πλοῖον 91.n
φορτηγός 88.90.n
φυλακίς 85.n
φύραμα 133.n
φυρᾶν 133.n
piceus 202
picta toga 16.55
pictæ veſtes 35
picturæ inſitæ 35
πηδάλιον 166.n
pileati ſerui 95
pileus 94
πιλίον 94
πίναξ 121
piraticæ naues 76.n
piraticus myoparo 77.n
piſcatoria nauis 94.n
piſtris 86.n
Plaga 98
plagula 98
πλευραί 126.n
plinij locus reſtitutus 26.n
πληρώματα 143. 145.n
πλοιάριον 123.n
plumbari 113
plumbei 41
plumbũ duplex 113
plutarchi locus emaculatus 133.n
ποδεῶνες 141.n
pœna adulterij 43
politianus 67
pollentinæ 5
polymita 35
pompeij & Alexãdri ſimilitudo 62
pomulatus 203
pontones 84.n
populus tunicat⁹ 38
πόρια 83.84.n
πορφυρίς 20
πορθμεῖον 85.112.n
πορθμός 85.n
ποτάμια πλοῖα 111.n
πούς 140.n
Præcingere 37
præcipui lanarũ colores 6
prædatoriæ naues 75.76.n
præſidiaria nauis 85.n
prætexo 49
prætexta 16.48
prætexta an triumphantium ſit 52
prætexta quid proprie 48
prætexta toga 53
prætextæ origo 51
prętextę S. Tullij. 62
prætextæ vſus 51
prætextata amicitia 52
prætextati 48
prætextatus Papirius 52
prætextatus qui 52
prætoria nauis. 75.n
preſſus 188
pretium purpuræ. 17
πρίσις 87.n
proaries 132

2008 Ministerio de Cultura

procinctũ testamentum 40
promulsis 132
promulsidiaria vasa 132
πρόπλοι νῆες 103.n
propugnatores 138.n
πρῶρα 130.165.n
πρωράτης 132. 167.n
proreta 167.n
πρωρεύς 132.167.n
πρόσκωπος 143.n
prouerbium 101
πρύμνα 130.n
Pterna 135.165.n
Pullũ leporis dorsum 189
pullus 189.190. 199.203
puluini 174
punica nauis 22.n
puniceus 195
puppis 130.165.n
pura pro cãdida. 47
pura toga 45
purpura Megalẽsis 15
purpura insigne magistratuum 13
purpura pro magistratu 13
purpuræ appellatio 12
purpuræ inuentio. 11
purpuræ pretium. 17
purpuræ vsus 12
purpuræ vsus hodie ignotus 12
purpurea nix 193
purpurea toga 55
purpurei claui 121
purpurei olores 193
purpureus 10.193. 201
πύργουχοι 138.n
pyxis 160

Q

Quadrans 41
quadrãtes centũ 42
quadriremis 26.n
quies tunicata 69
quinqueremis 32. 85.n

R

Ralla 190
raphael Volaterranus 22
rapum 200
rara 190
rara toga 42.70
ratis 118.n
rauum mare 198
rauus 195
Remi 142.165.n
remiges 143.167.n
remulco trahere 82.n
repositoria 130
restis 93
reticulum 94
Rheda 111
ῥίψ 114.n
rhodiæ naues 21.n
rhytum 69
Robus 192
roma 22
romana nauis 22.n
romani põtificis authoritas 60
roseus 194.200
rostra pro concione 75.n
rostra, templũ 75.n
rostratæ naues 73. 74.n
rostrum 165.n
rostrũ tridens. 165.n
rotatus 203
rotundæ mensæ 171
Ruber 192.193
ruber color 10
rubeus 192
rubidus 8.192
rudentes 165.n
rufus 192
russatus 193
russeus 193
russus 193
rutilus 6.7.192

S

Saccularij 149
sacculus 149
saccus 148
saga 37
saga ligustica 81
sagatus 81
saginatus 193
σάγοι 80
sagulum 81
sagum 79
in Salo esse 146.n
σάλοι 147.n
salum 147.n
σάμβυκα 154.n
samsucinum 156
sandaracinus 202
sandycinus 200
sanguineus 202

2008 Ministerio de Cultura

sardapali historia. 24
sardonica 12
sarra 15
sarrana 15
sartago 135
Scalmus 125.n
scapha 95.115.116.n
scaphia 163
σκαφίδιον 117.n
scaphis 164
scaphium 117.n
scaphium 163
σκάφος 116.n
scarabeorum genus extremè viride. 196
σκευοφόρος 89.n
schedia 118.n
χισὸς, χιτὼν 75
scindere penulam. 87
scortea penula 87
scutula 5
scutulatus equus. 203
scutulatus textus 5
scyphus 177
Seleucides triremes 87.n
senatoria ornamenta 53
senecæ locus emendatus 163.n
sentina 127.n
septiremis 38.n
seres, serica. 28
serica villosa 79
quid ꝓprie Sericū. 31
sericum vnde dicatur 28
serinda ciuitas 29
serui pileati 95
serum barbarum.29
Sidonia nauis.22.23.n
sigilla 123
sigillati 124
signum prælij futuri 22
silaceus 199
similitudo Pompeij & Alexandri 62
sindon quid, & vnde dicta 78
sipontinus lapsus 77.142
σιταγωγὸς 91.n
σιτηγὸς 89.90.n
Smaragdus 196
smyrneæ naues.22.n
Solia 163
Spadices 186
spadiceus 195
spadix 7
spartanarum cultus. 75
speculatoria nauis. 104.n
speculum 128
spumeus 203
Stola 1
stola apud veteres.1
stola etiã viros vti. 89
stola muliebris 89
stola pro cultu 2
stola vnde dicta 2
stolatum 90
στόλος 152.n
strabonis locus emẽdatus 11.n
στρατία ναυτική. 153.n
στρατηγὶς 75.n
στρατιωτὶς 91.n
στρογγύλη ναῦς 7.n
structor 172
Suasus 190.200
suauis color 194
subalares culcitræ. 174
subligaculum 102
subserica 28
succincti 36
supellex Deliaca. 166
Syllæ dictum de Cæsare 93
sympullum 116.117
synthesis 45
syriacæ naues 21.n
T
T. Castritius 86
T. Priscus 32
Tacitus imperator 28
talentum 23
ταρσὸς 142.n
tasij 28.n
Tecta nauis 28.n
tellus 190
temo 166.n
terra 190
testamẽtum procinctum 40
τεφρήρης 26.n
textus scutulatus 5
θαλαμῖται 158.

2008 Ministerio de Cultura

160.n
θάλαμος 168.n
thalassinus 202
thericles 153
theristra 89
thoraces linei 37
θερανῖται 158.160.n
θρᾶνος 168.n
θρανίων ταρσός. 142.n
thronus 167.n
θύξκ 131
Tiara 95
tiara pro galea 95
τήβεννα 38
τήβεννος 38
τήλινον 157
tinctura 12
Toga ἀχρόφυρος & πλάτος 46
toga palmata 54
toga prætexta 53
toga picta 16.55
toga pro pacis artibus 39
toga pura 45
toga purpurea 55
toga quæ fuerit 38
toga rara 42.70
toga virilis 47
togata Gallia 45
togata quies 70
togatæ comœdiæ. 43
togati pro pacis amatoribus 45
togati Hispani 45
togatulus 40
togatus 40.43
togatus Xerxes 43
togula 40
τοίχαρχος 132.n
τοῖχος ὁμώνυμος καὶ λέξιος 126.n
toralia 173
toreumata 178
tori 173
toye 73
Trabea 54
trabeæ consulares. 54
trabeæ equitum 56
trabeæ vsus inferre. 56
trabearum genera. 56
trachelus 165.n
tragemata 169
transtra 141.n
trapezophora 171
τριακοντήρης 38.n
τριακόντορος 8.n
τριάρμενος 138.n
triclinium 173
triens 144.145
τριηρικόν 154.n
τριηρημιολία 45.n
τριηρημιολίαι. 77.n
τριήρης 25.n
tripatinum 120
tripes 172
triremis 25.85.n
triremem quis primus inuenerit.26.n
triumphãtium ornamenta 55
τρόπις 126.n
trua 128
trulla 128
trulleum 128
Tuber 200
tullus Hostilius 52
tunica 73
tunica coccina 72
tunica domestica.70
tunica ima 67
tunica Iouis 16
tunica lati claui 71
tunica media 68
tunica pallio propior 74
tunica palmata 71
tunica quæ vulgo camisia 68
tunicæ 65.67
tunicata iuuentus.65
tunicata quies 69
tunicatus 69
tunicatus populus. 38
turres 165.n
turritæ naues 64.n
Tympana 118
typus mundi cucumis 184
tyria 13
tyriæ 15
tyriæ lacernæ 15
tyriamethystus 14
tyrianthinus 200
tyrium 14
tyros 14

V

Variæ lances 114
varius color 197
varius equus 197
vasa promulsidiaria. 132
Vectoria nauigia.

2008 Ministerio de Cultura

96.n
veliuolantes naues. 140.n
velum 137.n
versicolores 198
versus Brixij de Lõgolio 104
verucula 135
vestales virgines. 98
vestes pictæ 35
de Vestibus aureis. 32
vestimenta 38
vestis appellatio 1
vestis Christi 56
vestis conchyliata. 18
vestis holoserica 28
vestis medica 30
vestis ostrina 9
vestis vndulata 8
vexillum 168.n
vexillum 23
Viatoria 2
viatoria cubicula 3
viatoria penula 87
victor Faustus 146
villosa serica 79
villosæ lænæ 82
vinaria nauis 92.n
violaceus 200
viridis 8.10.196
virgines vestales 98
virilis toga 47
viriolæ 179
vitiles naues 112.n
vitreus calix 153
vitta 98
Vlua salix 186
Vndulata vestis. 8
vnguentorum differentia 155
vnguentorum vsus. 157
Vrceolus 153
vrceus 153
Vsus lacernarũ. 83
vsus penulæ 86
vsus purpuræ 12
Vxoriæ fibulæ. 179

X

Xerxes togatus. 43
ξύλα καύσιμα 103

Z

Zona 35.91
zona erat & virorũ. 91
ζωστήρ 93
ζυγῖται 158.160.n
ζυγός 168.n

EXCVDEBAT ROBERTVS STEPHANVS
PARISIIS, ANN. M. D. XXXVI.
PRID. CAL. SEPTEMB.

2008 Ministerio de Cultura

ERRATA SIC CORRIGITO IN LIBRO DE RE NAVALI.

Pagina	Linea	
10	tem	triremes
16	tius	διηρότῳ:
17	ſcripſit,	dierotas
19	Lucianus	ἔρωτες
21	guſtus,	πεπηγύιαις
Ibidem	ἀνστρόφοις	εὐστρόφοις
45	nus:	Nec
57	quæ	Actis his rebus,
81	videatur	mouet
82	ſuerunt	lora
93	ipſis	gaulum
Ibidem	πλῶ	ἀσίαν.
116	pano	*il batello.*
195	B	antennarum extremæ

IN DE RE VETSIARIA.

Pagina	Linea	
2	alibi	ἐνίκησαν
25	ne,	excitaſſet, in ea ipſa pyra domum ligneam ædificauit: in qua
31	Quid	procedere
39	exceptúſque	ab eo comperta
Ibidem	nomine toga	nomine tebennos, id eſt toga appellata eſt.

In verbis Vlpiani quæ ſtatim poſt epiſtolam ponuntur, pro Ariſtoteles, lege Ariſto.

2008 Ministerio de Cultura

2008 Ministerio de Cultura

2008 Ministerio de Cultura

2008 Ministerio de Cultura

2008 Ministerio de Cultura

2008 Ministerio de Cultura

LA

Real 05

2008 Ministerio de Cultura

22 4

LAZARI BAYFII

Real Observatorio de la Ar
BIBLIOTECA
6949